Incipit liber primus de lege diuina.

Titulus primus.

Icturi ergo in hoc primo libro de decē preceptis moralib⁹: de diuina lege ī qua ipſa cōtinent̄ breuiter aliq̄ premittemus. Et p̄mo de eius neceſſitate. ſcḋo de ei⁹ diſtinctiōne. tercio de veteris legis obligatōe. Circa p̄mū ſciendū ꝙ ad directionē humane vite neceſſariū fuit habere legē diuinā ꝓpter tria. Primo ꝓpter excellentiā finis hoīs. Nā ꝑ legē dirigit̄ homo ad actus ꝓprios ī ordine ad finē vltimū. ⁊ ſi homo ordinaret̄ tm̄ ad finē qui nō excederet ꝓportionē naturalis facultatis hoīs nō oporteret ꝙ haberet aliqḋ directiuū ex parte rationis ſupra legē naturalē ⁊ legē humanā q̄ ab ea deriuat̄. ſed q꞉ homo ordinat̄ ad finē btitudinis eterne q̄ excedit ꝓportionē naturalis facultatis hūane. iō neceſſe fuit vt dirigeret̄ etiā ad ſuū finē lege diuinit⁹ data. Scḋo ꝓpter incertitudinē hūani iudicij. ꝑcipue de reb⁹ ꝯtingētibus ꝑticularib⁹ ꝓpter quā cōtingit de actib⁹ humanis eſſe diuerſa iudicia diuerſoꝝ. ex q̄bus etiā diuerſe ⁊ ꝯtrarie leges ꝓcedūt. ⁊ ideo vt homo ſine omni dubitatōe poſſit ſcire quid ſit agendū ⁊ quid vitandū. neceſſe fuit vt ī actibus ꝓprijs dirigeret̄ ꝑ legē diuinā que errare nō poteſt. Tercio ꝓpter inſufficientiā hūane legis. q꞉ homo poteſt de his legē facere de q̄bus poteſt iudicare. iudiciū autē hoīs non pōt eſſe de motibus interiorib⁹ q̄ latēt. ſ; tm̄ de exteriorib⁹ q̄ patēt. ⁊ tm̄ ad ꝑfectōē virtutis reqrit̄ ꝙ in vtriſq; actib⁹ hō ſit iuſtus. ⁊ iō lex humana non potuit ſufficienter coercere ⁊ ordinare interiores actus. ſ; neceſſe fuit ꝙ ſuperueniret lex diuina.

Irca ſcḋm. ſ. diſtinctōē legis diuine ſciēdū ꝙ duplex ē lex diuina. ſ. vetus ⁊ noua. hec aūt nō diſtinguūt̄ ab inuicē ſicut oīno ſpecie diuerſa. ſicut diſtinguūt̄ equ⁹ ⁊ bos. ſ; ſicut ꝑfectū ⁊ imꝑfectū ī eadē ſpecie. vt puer ⁊ vir. et hoc modo diſtinguit̄ lex vet⁹ a lege noua. Vn̄ ap̄ls Gal. iij. ꝯparat ſtatū veteris legis ſtatui puerili exiſtentis ſub pedagogo. ſtatū aūt noue legis ſtatui ꝑfecti viri q̄ iā nō ē ſub pedagogo. ⁊ iō oēs dr̄ie q̄ aſſignant̄ inter nouā legē ⁊ veterē accipiūtur ſm̄ ꝑfectū ⁊ imꝑfectū. Precepta eñ cuiuſlibet legis dant̄ de actibus virtutū. Ad agēdū aūt opa virtutū aliter inclinant̄ imꝑfecti q̄ nōdū hñt virtutis habitū. aliter illi q̄ ſunt ꝑfecti ꝑ habitus virtutū. p̄mi eñ. ſ. imꝑfecti inclinant̄ ex aliq̄ cā extrinſeca. puta ex cōminatōe penaꝝ. vel ex ꝓmiſſione aliquaꝝ extrinſecaꝝ remūerationū. vt honoris. vel diuitiaꝝ. vł alicui⁹ hmōi ⁊ iō lex vet⁹ q̄ dabat̄ imꝑfectis. id ē nōdū gratiā ꝯſecut⁹. cōgrue dr̄ lex timoris inq̄tū inducebat ad obſeruantiā p̄ceptoꝝ ꝑ cōminationē quarūdā penaꝝ. Dicit̄ etiā habere quedā ꝓmiſſa tp̄alia. Perfecti aūt inclinant̄ ꝓpter amorē virtutis. nō ꝓpter aliquā penā vel remunerationē. ⁊ iō lex noua q̄ principaliter cōſiſtit ī ipſa ſpūali gratia cordibus indita dicitur lex amoris. ⁊ dr̄ habē ꝓmiſſa ſpūalia ⁊ eterna q̄ ſunt obiecta virtutis p̄cipue charitatis. ⁊ ideo ꝑ ſe in ea inclinat̄. nō q̄ſi in extranea. ⁊ ideo etiā lex vetus dicit̄ coercere manū non animū. q꞉ qui abſtinet ab aliquo peccato timore pene non ſimpliciter recedit eius voluntas a peccato ſicut recedit eius volūtas q̄ abſtinet a pcc̄o amore iuſticie. ⁊ ꝓpter hoc lex noua q̄ dr̄ lex amoris dicit̄ animū coercere. Sic igit̄ patet ꝙ ſunt tres dr̄ie legis ⁊ euāgelij p̄ncipales. ex quib⁹ oēs alie oriunt̄. ⁊ ad quas oēs alie reducunt̄. Prima ē ꝙ lex ad obſeruantiā p̄ceptoꝝ inducit ꝑ timorē. euāgeliū vo ꝑ amorē. ⁊ hāc aſſignat Aug. cōtra Adamantiū manichei diſcipulū dicēs. Breuis differentia legis ⁊ euangelij timor ⁊ amor. Scḋa ē ꝙ lex ꝓmittit tp̄alia. euangeliū eterna. Vn̄ xp̄c ī principio ſue p̄dicationis ſtatī dicit. Penitentiā agite: appropinq̄bit eñ regnū celoꝝ. hāc ponit Aug. li. iiij. cōtra Fauſtū. Tercia ē ꝙ lex coercet manū. euāgeliū aūt animū. de quo xp̄c Math. v. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra plus q̄ ſcri. ⁊ pha. nō intra. ī reg. ce. Fuerunt tñ aliqui ī ſtatu legis habētes charitatē ⁊ gratiā ſpūſſcti qui p̄ncipaliter expectabāt ꝓmiſſa. ſ. ſpūalia ⁊ eterna. ⁊ ſm̄ hoc ꝑtinebāt ad euāgeliū ſiue nouū teſtamentū. Similit̄ ⁊ ī nouo teſtamēto ſunt aliq̄ carnales nondū ꝑtingentes ad ꝑfectionē noue legis ꝓpter qḋ oportuit etiā in nouo teſtamēto induci ad virtutis opa ꝑ timorē penaꝝ ⁊ ꝑ aliqua tp̄alia ꝓmiſſa. Lex autē vetus ⁊ ſi p̄cepta charitatis daret. Leuit. xix. Diliges proximū. ⁊ Deut. vj. Diliges dn̄m deū tuū. non tñ ꝑ eā ſpūſſanct⁹ dabatur ꝑ quem charitas noſtris cordibus infunditur. vt dicit̄ ad Ro. v.

Irca terciū ſciēdū ꝙ lex vetus ꝯtinebat p̄cepta legis nature. ⁊ q̄dā p̄cepta ꝓpria q̄tū ad p̄ma oēs tenebantur ad obſeruantiā veteris legis. non q꞉ erant in veteri lege. ſed q꞉ erant de lege nature. ſed q̄tū ad ſcḋa tenebat̄ ad obſeruātiā legis veteris ſol⁹ popul⁹ iudeoꝝ. Cui⁹ ratō ē. q꞉ lex vet⁹ data ē populo iudeoꝝ. vt quādā ꝓrogatiuā ſanctitatis obtineret ꝓpter reuerētiā xp̄i q̄ ex illo populo naſcitur⁹ erat. Admittebant̄ tñ ad obſeruantiā legis gētiles de quo habetur Exo. xij. q꞉ ꝑfectius ⁊ ſecurius ſalutē conſequebant̄ ſub illis q̄ ſub ſola lege naturali. ſicut ⁊ nūc layci tranſeunt ad clericatū. ⁊ ſeculares ad religionē. licet tñ ſine hoc ſaluari poſſent.

De preceptis in cōmuni. Titulus. ij.

Iſo breuiter de lege diuina videndū ē de p̄ceptis. ⁊ p̄mo ī cōi. ſcḋo ī ſpāli de p̄ceptis decalogi. Circa p̄mū p̄mo videndū qḋ ē p̄ceptū. ſcḋo de diuiſiōib⁹ p̄cepti. Circa p̄mū notādū ꝙ p̄ceptū ē iuſſio vel impiū faciēdi aliqḋ vel nō faciēdi. Faciēdi aūt dr̄ qḋ ē debitū fieri. vt honorare patrē. Nō faciēdi aūt qḋ ē debitū nō fieri. vt mechari. Iuſſio aūt vel imperiū ē ſupioris. ſic obedire minoris. Vn̄ ſic pōt deſcribi. Iuſſio ē volūtatis ſupioris expſſio de faciēdo vel nō faciēdo ei q̄ inferior ē. Circa ſecūdū notādū ꝙ p̄ceptū aliud ē affirmatiuū. qḋ ē de faciēdo. vt honorare patrē. aliud ē negatiuū qḋ ē de nō faciēdo. vt non occides. Et dat̄ iſta diuiſio ſm̄ ratōē cauſe formal' p̄cipiēdi. Differūt aūt ī effectu p̄ceptū affirmatiuū qḋ reſtricto noīe ſolet dici p̄ceptū. ⁊ p̄ceptū negatiuū qḋ ꝓhibitio dicit̄. q꞉ affirmatiuum obligat ſꝑ. id ē in omni tēpore. ſed nō ad ſꝑ. i. nō ad oē tēpus Negatiuū aūt obligat ſꝑ ⁊ ad ſꝑ. ⁊ hoc intellige de p̄ceptis decalogi ⁊ iuris naturalis. Vbi gr̄a. honorare patrē p̄ceptū ē affirmatiuū qḋ obligat me ſꝑ. q꞉ ſꝑ teneor ad honorādū patrē. ſ; nō ad ſemꝑ honorādū. nō eñ ē poſſibile nec expediēs vt ſꝑ honorē eū. ſ; cū oportunitas occurrit ⁊ tp̄s requirit. Negatiuū aūt p̄ceptū obligat ſꝑ ⁊ ad ſꝑ. ſicut nō mechaberis. quia ſꝑ teneor ⁊ quocunq; tp̄e non mechari. Itē p̄ceptoꝝ aliud eſt nature. aliud diſcipline. aliud legis ſcripte. p̄ceptū aūt nature aut ē datū aut innatū. ſi datū. aut ē datū ꝓpter naturā ꝯſeruādā ſm̄ actū nutritiue. vt Geñ. ij. De omi ligno ꝑadiſi comedes. aut ꝓpter naturam multiplicandam ſm̄ actū generatiue. vt creſcite ⁊ multiplicamini Geñ. j. ⁊. ix. Si innatū. iuxta illud Ro. ij. Si gentes naturaliter ea que legis ſunt faciunt eiuſmodi legē nō habentes ipſi ſibi ſunt lex q̄ oſtendūt opus legis ſcriptū ī cordibus ſuis. hec ſcriptura ināta ē cuilibet. p̄ce primū ergo hoc inſitū ē conſcīe cuiuſlibet ſm dictamē rationis de faciēdo vel nō faciēdo. Hoc vo recipit diuiſionē. nā aliud ē ordinatiuū in deū. ſicut diligere creatorē ſup oīa. ⁊ obedire ei in omnibus ⁊ ſup oīa quod ē inſitū cuiuſlibet conſcīe. Aliud eſt manifeſtatiuū ordinis in ꝓximū. ⁊ hoc dupliciꝛ. ſ. ſm viā innocētie. vt illud Thobie. iiij. Quod ab alio oderis tibi fieri ⁊c. ⁊ ſm viam beneficētie. vt illud Math. vij. Quecūq₃ vultis vt faciant vobis hoīes ⁊ vos facite illis. Hec igiꝛ ē diuiſio ꝓcepti nature ſiue legis naturalis. Preceptū vo diſcipline generaliter eſt ꝓceptū datū ad ꝓbationē. vt hō ſciat ſe deo debere obedientiam nō tm̄ in expediētibus vel honeſtis ſ₃ etiā in indifferentibꝫ. Et hoc etiā recipit diuiſionē. Nā aliqꝺ ꝓceptum diſcipline datum eſt ad ꝓbationem obedientie. vt illud ꝓceptū negatiuū datū Ade Geñ. ij. De ligno ſcīe boni ⁊ mali ne comedas. quoddam ad probationem fidei. vt illud datū Abrahe Geñ. xxij. Tolle filium tuum Yſaac ⁊c. ⁊ eſt ꝓceptum affirmatiuū. Preceptoꝝ autem legis ſcripte quedam ſunt moralia. vt que in decalogo. quedam iudicialia. vt que in deciſione cauſaꝝ ſunt inſtituta. de quibus Exo. xxj. Hec ſunt iudicia que ꝓpones eis. quedā cerimonialia. vt q̄ fuerunt inſtituta in figurā futuroꝝ. ſicut ea que de cōpoſitione tabernaculi ⁊ de ſacrificijs ⁊ hmōi. Ad legē eñ dei ptinet vt hoīes adinuicē ⁊ ad deū ordinenꝛ. Vtrunq₃ aūt hoꝝ in cōi ptinet ad dictamen legis nature. ⁊ ad hec referunꝛ precepta moralia. ſed oportet ꝙ vtrunq₃ determineꝛ per legem diuinā vel humanā. Precepta aūt cōe de cultu diuino determinanꝛ per precepta cerimonialia. cultus ei dei vocaꝛ cerimonia quaſi munia. i. dea cereris que dicebatur dea frugum vt quidā dicunt. eo ꝙ pmo ex frugibus oblationes deo offerebanꝛ. ſiue vt maximus Valerius refert nomen cerimonie eſt introductū ad ſignificandū cultū diuinū apud latinos a quodam oppido iuxta Romā quod cerere vocaꝛ. eo ꝙ Roma capta a gallicis illuc ſacra romanoꝝ ablata ſunt. ⁊ reuerendiſſime habita. Sic igiꝛ illa ꝓcepta que ptinēt ſpāliter in lege ad dei cultum dicunꝛ ceremonialia. Omne vo preceptum de iuſticia inter hoīes ſeruanda determinaꝛ per ꝓcepta iudicialia. Scđm hoc igiꝛ oportet ponere tria genera ꝓceptorum veteris legis. ſ. moralia que ſunt de dictamine legis nature. cerimonialia que ſunt determinatōes cultꝰ diuini. Et iudicialia que ſunt determinatōes iuſticie inter hoīes obſeruāde. Vnde cū apoſtolus Ro. vij. dixiſſet ꝙ lex eſt ſancta. ſubiūxit ꝙ mandatū eſt iuſtū. ſ. q̄tū ad iudicialia. ⁊ ſctm̄ q̄tuꝫ ad cerimonialia. dicitꝛ eñ ſanctū quod ē deo dedicatū. ⁊ bonū qꝺ honeſtum q̄tum ad moralia. Ad hoc nota ꝙ cerimonialia adeo ſunt euacuata vt non tm̄ ſint mortua ſed etiā mortifera obſeruantibus poſt Xp̄m. maxime poſtq̄ eſt diuulgatum euangelium. precepta aūt iudicialia ſunt quidē mortua. quia nō habēt vim obligandi. nō ſunt tñ mortifera. qꝛ ſi quis princeps ordinaret in regno ſuo ea obſeruari non peccaret niſi forte hoc modo obſeruarentur. ſ. vt ita obſeruari mandarentur tanq̄ habentia vim obligandi ex veteris legis inſtitutione. talis eñ intentio obſeruandi eſſet mortifera. Huius autē differentie ratio ſumi poteſt ex predictis. dictū eſt eñ ꝙ ꝓcepta cerimonialia ſunt figuralia pmo ⁊ ꝑ ſe tanq̄ inſtituta principaliter ad figurandū xp̄i myſteria vt futura. ⁊ ideo obſeruatio eoꝝ ꝑiudicat veritati fidei ſm quā confitemur illa myſteria iam eſſe ꝯpleta. Precepta aūt iudicialia nō ſunt inſtituta ad figurāduꝫ ſed ad diſponenduꝫ ſtatuꝫ illꝰ populi q̄ ordinabaꝛ ad Xp̄m. ⁊ ideo mutato ſtatu illꝰ populi xp̄o veniente obligationē amiſerūt. lex eñ fuit pedagogus ducens ad xp̄m vt dr̄ ad Gal. iij. Quia ꝗ hmōi iudicialia nō ordināꝛ ad figurādū ſed ad aliqꝺ faciendū. ideo obſeruatio eoꝝ abſolute nō ꝑiudicat veritati fidei. ſed intentio obſeruādi tanq̄ ex obligatōe legis. hꝫ ꝑiudicare veritati fidei. qꝛ ꝑ hoc haberetur ꝙ ſtatus prioris populi adhuc duraret ⁊ ꝙ Xp̄c nondum veniſſet.

De preceptis decalogi ī cōmuni. Titulus. iij.

Einde cōſiderandū ē de ꝓceptis decalogi ⁊ pmo ī cōi. ſcđo de vnoquoq₃ illoꝝ in ſpāli. Circa pmū pmo de diſtinctōne ⁊ ordine ꝓceptoꝝ decalogi. ſecundo de continentia alioꝝ ꝓceptoꝝ moraliū ī ꝓceptis decalogi tercio de modo ipſa tradendi. quarto de debita obſeruatiōe eorum. quinto de poſſibilitate diſpenſationis ipſoꝝ. Circa primū querunꝛ plura. ſcꝫ quomodo diſtinguunꝛ precepta decalogi. Rñ. ſm modū cōmuniorē ⁊ ꝓbabiliorem qui habetur ab Auguſtino ſuper Exo. diſtinguitur hoc modo. ſcꝫ vt primū preceptum ſit. Non habebis deos alienos coraꝫ me. ⁊ nō faces tibi ſculptile. nec omnē ſimilitudinem. Secundū. Nō aſſumes nomen dei tui in vanū. Tercium. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. ⁊ hec tria dicuntur ad primam tabulā pertinere. Primū aūt ꝓceptū ſcđe tabule ē. Honora patreꝫ tuum ⁊ matrem tuam. Secundū. Nō occides. Tercium. Nō mechaberis. Quartum. Non furtum facies. Quintuꝫ. Nō loqueris contra ꝓximum tuum falſum teſtimonium. Sextū. Non concupiſces domū proximi tui. non ſeruū. non ancillā. non bouem. non aſinū. nec omnia que illius ſunt. Septimū Nec deſiderabis vxorē eiꝰ. Magiſter tñ ſniaꝝ li. iij. di. xxxvij ponit illud ſextum. congrue eñ poteſt poni ſextum vel ſeptimū. quia antq̄ dicatur: nec deſiderabis vxorem eius. dicitur non concupiſces domum proximi tui. ⁊ poſtq̄ ꝓhibuit cōcupiſcētiā vxoris iterum ſubdit. nō ſeruū. non ancillam. Vnde verſus. Sperne deos. fugito piuria. ſabbata ſerua. Sit tibi patris amor. ſit tibi matris honor. Non ſis occiſor. fur. mechꝰ. teſtis iniquus. Vicinique thorum reſq₃ caueto ſuas. Ratō autem numeri ſic poteſt accipi. Lex eñ diuina eſt ad ordināduꝫ homines ad deum ⁊ inter ſe ⁊ quemlibet ad ſeipſum. quia tamen non ita apparet ratio debiti in his que facit hō ſm ſeipm ideo inter mandata ad que reducūtur alia ſicut ad magis nota. non fuerunt poſita niſi precepta de ordine homis ad deum ⁊ ad proximum explicite. licet etiā contineant ordinē hominis implicite ad ſeipſum. Sicut igitur precepta legis humani ordinant hominem ad cōmunitatem humanam ſub aliquo principe homine. ita precepta legis diuine ordinant hoīem ad cōmunitatem quandam ſiue rempublicam hominū ſb deo. Ad hoc aūt ꝙ aliqs in aliqua cōitate bene cōmoreꝛ requiritur vt bene ſe habeat. ⁊ ad deum q̄ preeſt cōmunitati. ⁊ ad alios cōitatis conſocios ⁊ participes. Oportet igitur ꝙ in diuina lege pmo feranꝛ quedam precepta ordinantia ad deuꝫ. deinde alia ꝓcepta ordinantia ad alios proximos ſimul conuiuentes ſub deo. Principi aūt cōmunitatis debet homo tria. primo fidelitatē. ſ. vt honorē principatus quantū ī ſe eſt ad alium non trāſferat. Secūdo reuerentiam. ſ. vt in euꝫ nihil iniurioſuꝫ ꝯmittat. Tercio famulatū. ſ. ī recōpenſationē beneficioꝝ ab eo perceptoꝝ. Hoꝝ pmū ꝑcipiꝛ precepto pmo. ſcđm ſecūdo. ⁊ tercium tercio. Poteſt etiam dici ſm Aug. ꝙ primo precepto precipitur nobis reuereri primi pncipij vnitatem. ſecundo eius veritatem. tercio bonitatem qua ſanctificamur. ⁊ in qua quieſcimus ſicut ī fine. Poteſt etiam dici ꝙ ꝑ primū preceptuꝫ ordinamur ad deum q̄tum ad opus. per ſecundum q̄tum ad os per tercium q̄tum ad cor. quia in ſanctificatione ſabbati ſm ꝙ eſt preceptum morale quies cordis precipitur in deum. Ad ꝓximos autem bene ſe debet quis habere ⁊ ſpecialiter et generaliter. ſpecialiter quidem quantum ad eos quorum eſt debitor vt eis debitum reddat. ad quod pertinet preceptum ꝺ honoratione parentum. Generaliter quantum ad oēs vt nulli nocumentum inferat opere vel ore vel corde. Opere quidē nec quantum ad perſonam ꝓpriam. contra quod dicitur: non occides. neq₃ contra perſonam coniunctam ad propagationeꝫ prolis. contra quod dicitur: non mechaberis. neq₃ in rem poſſeſſam. contra quod dicitur: non furtum facies. Nocumentū autem oris prohibetur cum dicitur: non loqueris contra proximum falſum teſtimonium. Nocere autem contingit proximo in affectu per concupiſcentiam oculorum ⁊ per concupiſcētiam carnis. contra que duo dicitur: non concupiſces domum ꝓximi tui: nec deſiderabis vxorem eius. Sed contra predicta obijcitur. quia ſuper illud Ro. vij. Concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret. dicit gloſa. bona eſt lex que dum concupiſcentiam prohibet omnia mala prohibet. et ſic ſufficit ſolum prohibere concupiſcentiam. ſuperfluunt ergo alia precepta. Reſpon. ꝙ concupiſcentia dicitur dupliciter. Vno modo generaliter. prout dicitur quilibet appetitus libidinoſus et immoderatus. et ſic ſumitur in illa gloſa. Alio modo ſpecialter ꝓ appetitu delectabilē ſm̄ guſtū ⁊ tactū. ⁊ ſic ꝓhibetᷣ p̄cepto ſpeciali. Quomodo p̄cepta decalogi debēt ordinari? Rñ. ꝙ ordinantᷣ ſupradicto modo. Ratio cuius ordinis ē. q2 p̄cepta decalogi ſunt de his que quaſi ſtatim rationabilia ⁊ debita videntur. tanto autē aliquid apparet facilius rationabile quāto ſuū cōtrarium apparet grauius. ⁊ ideo ordo p̄ceptoꝝ decalogi ſumitᷣ ſm̄ ꝙ eis vitia magis vel minus grauia opponūtᷣ. Vn̄ ſemꝑ illud p̄ceptum p̄ponitᷣ cui grauius vitiuꝫ opponitur. vt patet intuenti. Quomodo precepta decalogi habent diſtingui ⁊ numerari in talibꝫ? Rñ. ꝙ dupliciᷣ. Vno modo ſm̄ ſenſum litteralem. ⁊ ſic quinqꝫ fuerunt in vna tabula et quinqꝫ in alia. ⁊ hoc modo diſtinguit Joſephus qui fuit hiſtoriographus. ⁊ qui ad ſenſuꝫ litteralē principaliter reſpiciebat. Alio modo ſm̄ ſenſum myſticum. ⁊ ſic diſtinxerunt doctores ſacre ſcripture dicentes mandata ordinantia ad deum pertinere ad primam tabulam. ordinantia vo ad proximum ad ſecundam tabulam. Illa enī diſtinctio ſecunde tabule a prima fiebat ad inſinuandam ⁊ cōmendandam charitatem geminam.

Sequitur videre de ſecundo. ſcꝫ de continentia alioꝝ preceptorum moralium in preceptis decalogi. Circa quod ſciendum ꝙ omnia precepta moralia reducuntur ad precepta decalogi. Unde Aug⁹ de decem cordis loquēs de primo precepto legis nature. ſcꝫ quod eſt. bonum eſt ordinate diligendum. ⁊ de precepto dilectionis dei ⁊ proximi dicit. illud vnum preceptum continet illa duo. ⁊ illa duo continent illa decem. ⁊ illa decem continent omnia. Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ q̄tum ſufficit ad preſens precepta moralia ſe habent ad primū preceptum legis nature in triplici differētia. Quedam enī ſunt in quibus omnia alia precepta moralia radicantur. ſicut in concluſionibus principio proximiorib⁹ cuiuſmodi ſunt precepta d̄ dilectione dei et proximi. Alia ſunt que etiam de proximo ordinantur. ad illa tamen. quia ꝓpter obliuionem rationis humane homo poteſt errare circa illa. ideo ſcribi debuerunt. ⁊ hec ſunt decem precepta decalogi. Alia ſunt ad que reducenda in prima principia indiget homo maiori inueſtigatione ⁊ ſapientum inſtructione ſiue diuina reuelatione. ⁊ talia reducuntur ad decem precepta decalogi. Nam ad primum preceptum reducuntur omnia que prohibent illa que deſeruiunt idolatrie. vt ſunt filij vel filie ꝑ ignē luſtratio. arioloꝝ ſciſcitatio. ſomnioꝝ ⁊ augurioꝝ obſeruatio. maleficiorū ⁊ incantationuꝫ operatio. phitonum. diuinorum. mortuorum interrogatio. de quibus habetur Deut. xviij. Ad ſecundum reducuntᷣ blaſphemie. de qua Leuit. xxiiij. ⁊ falſe doctrine de qua Deut. xiij. Ad tercium reduci videntur omnia cerimonialia. inq̄tum tn̄ eſt morale videntur ad ipſum reduci ꝓhibitiones illorum peccatorum que maxime quietē mentis impediunt in vacando deo. vt eſt ꝓhibitio timiditatis. ⁊ temerarie audacie. ⁊ ſpectātiū ad gulā. ⁊ eīs ꝓhibitiōes imoderātie paſſionū: ⁊ p̄cepta de fortitudie iq̄tū ē moderatiua paſſionuꝫ q̄ quietē mētis i deo ipediūt. Inq̄ntū tn̄ act⁹ fortitudis ē ordinabil' ad vtilitatē cōitatis. ⁊ maxie ad honorē fidei. ſic fortiter ſuſtinere propter defenſionē fidei. reduci poteſt ad p̄ceptū primum. Ad quartū reducitur p̄ceptū de honoratione ſeniū. de q̄ Leuit. xiiij. ⁊ omnia p̄cepta de reuerētia ſupioꝝ. Ad quintū reducitur prohibitio iniuſte violentie contra proximum. de q̄ Leuit. xix. ⁊ ꝓhibitio odij. de qua ibidem. Ad ſextum reducitur ꝓhibitio meretricij. de qua Deut. xxiij. ⁊ ꝓhibitio coitus contra naturaꝫ. de qua Leuit. xviij. ⁊ ꝓhibitio voluntarie effuſionis ſeminis per quēcunqꝫ modū excepto federe matrimoniali. ⁊ etiam ꝓhibitio gule inquantū preſtat fomentum luxurie. Ad ſeptimū reducitur prohibitio vſure. de qua Deutro. xxiij. ⁊ prohibitio acceptionis rei aliene per fraudem. de qua Deutro. xxv. vbi dicitur. Nō habebis in ſacculo diuerſa pōdera. ⁊ prohibitio rapine. Ad octauum reducitur ꝓhibitio falſi iudicij. d̄ qua Exo. xxiij. ⁊ prohibitio mendacij ⁊ periurij. que etiam reducitur ad ſecundum ⁊ ſuſceptionis mēdacij. ⁊ acceptionis munerum de quibus habetur ibidem. quia omnia predicta cooperantur ad corruptionem iudicij. Et prohibitio detractionis. de qua Leuit. xix. vbi dicitur. Non eris criminator nec ſuſurro in populis. Utrum autem ſint aliqua q̄ reducantur ad vltima duo precepta infra videbitur cum de illis agetur. Sic ergo patet ꝙ oīa precepta moralia alia a decem p̄ceptis decalogi. aut in eis continentᷣ ſicut pricipia in cōcluſionibus. ſicut p̄mū principium legis nature. ⁊ preceptum de dilectione dei ⁊ proximi. aut reducuntur ad ea ſicut concluſiones ad principia.

Sequitur videre de tercio. ſ. de modo tradendi decē p̄cepta. Et circa hoc queruntᷣ plura. ſ. vtrum mandata decalogi debuerint tradi per modū obligationis ⁊ p̄cepti. Rñ. ꝙ ſic. Ratio huius eſt. tum quia deum decebat. tū quia nobis expediebat. deum vtiqꝫ decebat. quia i his verbis decalogi conſiſtit regula iuſticie ſm̄ ꝙ dictat lumē rationis recte. ⁊ quoniam deus tanq̄ iuſtus debet eſſe emulator rectitudinis ⁊ iuſticie. ⁊ in ſubditis ⁊ in ſeipſo. hinc eſt ꝙ homini leges iuſticie impoſuit ad quas ipſum obligauit. vt nullo modo liceret ipſum eas impune tranſgredi. Nobis etiā expediebat. Primo ꝓpter gloriam augendam. quia glorioſius eſt homini obtinere beatitudinem per merita q̄ ſine meritis. ⁊ quoniam cum aliquid redditur ex meritis. quodammodo homo qui meretur obligat ſibi retributorē. ⁊ magis decet hominem obligari deo q̄ deum homini. Hinc eſt ꝙ ad opera ꝑ q̄ contingebat mereri debuit homo per precepta obligari. vt dū obligatus obediret. ⁊ merito ꝓficeret. ⁊ ad maiorem gratie cumulum perueniret. Scdo ꝓpter pacem conſeruandaꝫ que tātū bonū eſt. ſicut dicit Aug. vt cuncta pacē appetant. pax autem ſeruari non poteſt vbi homo vſurpat ſibi quod eſt alienum. ideo vt pax ſeruaretur inter homines debuit deus mādata homini tradere. in quibus obligaretur ne quod eſt alienum ſibi vſurparet. ſed redderet deo ⁊ proximo quod eis deberet. ne aliter faciendo iniuriam: pacem frangeret. ⁊ frangendo paceꝫ ipſe in ſe pacem amitteret. Sed obijcitur contra predicta. quia dicitur Ro. vij. Peccatum occaſione accepta per mandatum: operatum eſt in me omnem concupiſcentiaꝫ. ſed deus nihil imponere debet quod augeat concupiſcentiā. Rñ. ꝙ dictum apoſtoli habet veritatem ſed valde per accidens ⁊ occaſionaliter. ex hoc enī ꝙ per legem erat peccati cognitio. ⁊ tamen per ipſam non erat gratie collatio. concupiſcentia tendente i vetitum: ⁊ homine ſcienter perpetrante peccatum: occaſionaliter fieret ⁊ ipſius concupiſcentie intenſio ⁊ peccati aggrauatio. ſ3 hoc non erat d̄ p̄ncipali intentiōe ferētis mandata. nec de ipſorum mandatoꝝ obligatione. Nam deus ſic tribuit mandata obligatoria ꝙ ſemꝑ fuit promptus tribuere gratiā adiutriceꝫ ad illa implenda. Unde ꝙ per mandatoꝝ obligationem augeretᷣ concupiſcentia hoc non erat ex ipſis mandatis ſed pot⁹ ex negligentia ⁊ culpa hoīs. dñs autēꝫ ꝓpter negligentiā hoīs nō debuit dimittere q̄n diligentiam circa ſalutem hoīs exerceret. Utrū mod⁹ charitatis cadat ſub p̄cepto legis diuine? Rñ. circa hoc fuerunt cōtrarie opiniones. quidā enī dixerūt abſolute ꝙ oīno modus charitatis nō cadit ſub p̄cepto: quaſi caderet. ſequeretᷣ ꝙ quicūqꝫ nō haberet charitatē peccaret mortaliter in opere quod facit: quātūcūqꝫ ſit de genere bonorum q̄d eſt incōueniēs. Alij dicūt abſolute modū charitatis eē ſub precepto. nec eſſe impoſſibile ſeruare hoc p̄ceptū nō habēti charitatem. quia poteſt ſe diſponere ad hoc ꝙ ei charitas īfundatur. nec q̄ncūqꝫ aliq̄s non habēs charitateꝫ facit aliquid de genere bonorum peccat mortaliter. q2 hoc ē p̄ceptum affirmatiuū. ſ. vt ex charitate opetur. ⁊ nō obligat ꝓ ſemꝑ ſed ꝓ tpe illo quo aliq̄s habet charitatem. Utriqꝫ aūt q̄tū ad aliq̄d verū dixerūt. Actus enī charitatis dupliciter cōſiderari poteſt. Uno modo ſm̄ ꝙ eſt quidam actus per ſe. et ſic cadit ſub precepto legis quod de hoc ſpecialiter datur. ſcꝫ diliges dominum deuꝫ tuum. ⁊ diliges proximum tuum. ⁊ q̄tum ad hoc ſecundi verum dixerunt. Alio modo ſm̄ ꝙ eſt modus aliarum virtutū ⁊ ſm̄ ꝙ actus aliarum virtutū ordinantur ad charitateꝫ que eſt finis precepti vt dicitᷣ. j. Thimot. j. ⁊ ſic verum dixerunt primi. ſ. ꝙ modus charitatis non cadit ſub precepto. Hoc eſt dictū ꝙ in hoc precepto. honora p̄reꝫ tuū. non includitur ꝙ p̄r ex charitate honoretᷣ. ſ3 tm̄ ꝙ honoretᷣ. Vn̄ q̄ honorat p̄reꝫ l3 nō habeat charitatē. non eſt trāſgreſſor h⁹ p̄cepti licet ſit trāſgreſſor precepti quod eſt de actu charitatis ꝓpter quam tranſgreſſionem penam meretur. Sic ergo qui honorat parentes tenetur ex charitate honorare non ex vi huius precepti quod eſt: honora parentes. ſed ex vi huius precepti quod eſt: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Et hec duo precepta ab firmatiua nō obligantia ꝓ ſemꝑ. ꝑñt ꝓ diuerſis tēpib⁹ obligare. ⁊ ita poteſt contingere ꝙ aliquis implens hoc p̄ceptū de honoꝛatione parentuꝫ non tranſgrediat̃ tunc preceptū ꝺ omiſſione modi charitatis. Si ḡ obijciat̃ ꝙ ſi modus charitatis ñ cadat ſub p̄cepto. ḡ aliq̃s implere pōt p̄cepta legis ſine charitate. ⁊ per ꝯñs ſine gr̃a que charitati ſemꝑ eſt adiūcta. Hic aūt eſt erroꝛ Pelagij. vt patet per Aug. de hereſib⁹. Dicēdū ꝙ nō poteſt ſeruare q̃s omnia precepta legis niſi ſeruet precepta charitatis quod ſine gratia non fit. ⁊ ideo Pelagius errauit. hec Tho. iij. diſ. xxxvj. ar. vj. c.

Sequit̃ videre de q̄rto. ſ. de debita obſeruatōe decē p̄ceptoꝝ. Circa quod queritur vtꝝ dei p̄cepta merito ſint ſeruanda? Rñ. ꝙ ſic. ⁊ hoc pꝫ p̄mo ex p̄te dei cuius auctoꝛitate nulla eſt maioꝛ. pš. Tu ſol⁹ altiſſim⁹ ſuꝑ oēꝫ terram. Ipſe eñ eſt dñs noſter iure creatōis. iure gubernatōnis ⁊ iure redemptōis. ideo merito tanq̃ ſubditi ⁊ ſerui ei⁹ ei obedire debemus. vt. ſ. ipſius precepta diligēter obſeruem⁹ Act. j. Obedire opoꝛtet deo magis q̃ homib⁹. Propter quod dñs recte pauſq̃ mandata ꝓponat premittit Exo. xx. Ego ſuꝫ dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti. ⁊ de domo ſeruitutis. q. d. bene poſſum vobis p̄cipe. ⁊ vos debetis mihi obedire. quia ego ſum dominus deus tuus per creationeꝫ qui eduxi te ⁊c̄. per redemptionem ſm̄ ſenſum ſpūalem. Secundo ex parte noſtri. q2 obſeruatio eoꝛuꝫ eſt nobis fructuoſiſſima Math. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. et tranſgreſſio p̄iculoſiſſima. Pš. Maledicti qui declinant a mandatis tuis maledicti. q2 dicetur eis. Ite maledicti ī ignem eternum. Cōſidera ꝙ poſuit nos deus inter paradiſum ⁊ infernuꝫ. nec aliter poſſumus ingredi paradiſum. nec euadere infernum niſi ꝑ obſeruantiam mandatoꝝ. Tercio ex parte ipſoꝛum mandatoꝛum. tum q2 ſunt irrep̄henſibilia. nihil eñ continent irrationabile Ro. vij. Mandatū ſanctū iuſtum ⁊ bonum. Tū q2 ſunt leuia. nihil eñ continent graue. j. Joh̄. v. Hec eſt charitas dei vt mandata eius cuſtodiamus. ⁊ mādata eius grauia non ſunt. vnde dicit. Hec eſt charitas dei. habenti eñ charitatem dei precepta ſunt facilia. nō habenti ſunt difficilia. Et ponit Aug. exemplum de aue ſine plumis cui difficile eſt volare habenti vo facile. Similiter habenti ꝑuerſam voluntatem videntur mandata difficilia. que habenti charitatē ſunt facilia.

Sed dices ergo nō habenti charitatem ſunt difficilia. Verū eſt. ſed cuilibet nō habenti charitatem facile eſt eaꝫ habere. q2 deus paratus eſt eā dare cuiq3 ſe diſponenti eam recipere. Vide Deutro. xxx. Mandatū quod ego tibi p̄cipio hodie non eſt ſuper te. nec ꝓcul poſitū. nec ī celo ſitum. ſed iuxta te ē valde. ſermo eius ī oꝛe tuo ⁊ ī coꝛde tuo vt facias illū.

Sequit̃ videre de q̄nto. ſ. de poſſibilitate diſpenſatōnis decem preceptoꝛum. Et circa hoc querit̃ vtrum precepta decalogi ſint diſpenſabilia? Rñ. ꝙ non. p̄cepta eī legis eterne nō ſunt diſpenſibilia ſiue ꝑ homines ſiue ꝑ deum Fidelis eſt eñ de⁹ ⁊ ſeipſum negare nō poteſt. ſcḋa Thimot. ij. Sicut autem dicit Aug. xxij. libꝛo contra Fauſtū. Lex eterna eſt ratio vel voluntas diuina oꝛdinem naturalem conſeruari iubens ⁊ perturbari prohibens. in quo patet ex cōſequenti ꝙ nec deus nec homo diſpenſare poteſt in lege nature. Eſt eñ vt dicit Aug. libꝛo. lxxxiij. queſtionū. q. liij. tranſcripta ī animā rationalem ex ineffabili atq3 ſublimi rerum adminiſtratione que fit per diuinā prouidentiam. Et ideo vt dī diſt. v. ius naturale cepit ab exoꝛdio rationalis creature. nec variatur tēpoꝛe ſed permanet immutabile. Omnia ergo precepta que ex p̄mo p̄ncipio legis nature neceſſario ⁊ immutabiliter conſequuntur ſunt immutabilia. ⁊ per conſequens indiſpenſabilia. talia autem ſunt omnia precepta decalogi accepta ſm̄ intētionem precipientis. ⁊ ideo ſic accepta ſunt ita immutabilia ꝙ ī illis nec deus nec homo diſpenſare poteſt: vnde di. vj. §. his itaq3 reſpondetur. dicitur moꝛalia p̄cepta ad naturale ius ſpectant atq3 ideo nullam mutabilitatem recepiſſe mōſtrātur. In aliquibus autem alijs mandatis ex p̄mo p̄ncipio legis nature ſequentibus. non tamen ita immutabiliter quin in paucioꝛibus ꝓpter aliquas particulares circumſtantias poſſit cōtingere vt eoꝛum obſeruatio non eſſet ſcḋm legem nature. ſed magis contra. poteſt diſpenſatio locum habere. vt patet ī precepto de reddendo depoſitum petenti. quod depoſitum ſi quis redderet quando eſſet in notabile preiudicium ipſius petentis ⁊ rei publice: non faceret ſm̄ legem nature ſed magis contra. quia talis redditio perturbaret oꝛdinem rationis quem eterna lex ⁊ naturał iubent inuiolabiliter obſeruari. Nec obſtat predictis quod deus precepit abꝛahe ꝙ filium ſuum occideret Gen̄. xxij. quia per illud preceptum: non occides prohibetur ſcḋm intentionem prohibentis occiſio hominis ſine cauſa rationabili. innocens autem ex cauſa rationabili poteſt occidi ſcilicet cum hoc precipit ille qui eſt dominus vite ⁊ moꝛtis. Quod ipſe dominus rationabiliter poteſt. tuꝫ quia homo in ſtatu nature lapſe eſt debitoꝛ moꝛtis propter peccatum originale. tum etiam propter maioꝛem vtilitatem eius qui occiditur qua de cauſa afflixit Job plus q̃ exigerent peccata actualia que fecerat Job ſexto. ca. Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui ⁊ calamitas quā patioꝛ in ſtatera quaſi arena maris hec grauioꝛ appareret. Cum autem de⁹ precepit Oſee p̄mo facere filios foꝛnicationis quod eſt contra illud non mechaberis. intelligitur ꝙ illos de muliere foꝛnicaria generaret. ad quaꝫ non affectu foꝛnicario. ſed ſicut ad mulierem ex mandato dei factam ſuam accederet. Cuꝫ etiam precepit filijs iſrahel ꝙ aſpoꝛtarent res egyptioꝛum nō p̄cepit eis furtum. ſed ꝙ res illas quas dominus omniuꝫ tranſtulerat illius eoꝛum propter maliciam egyptioꝛuꝫ ⁊ propter ſeruitium quod a filijs iſrahel receperant poꝛtarent ſecum.

Qꝫ autem dicat Ber. ij. de diſpen. ⁊ pre. ca. v. ꝙ in preceptis ſecunde tabule diſpenſare poteſt deus ⁊ non homo. intelligitur non de p̄ceptis acceptis ſcḋm intentōꝫ mādantis. quia ſic claudunt in ſe debitum oꝛdinem ad proximum quem dominus infringere non poteſt. propter quod idem Ber. c. l. ca. ſepro dicit. A deo non poteſt immutari quicquid de dilectione. humilitate. ceteriſq3 virtutibus tam in nouo q̃ in veteri teſtamento ſpiritualiter obſeruandum traditur. ſed iſtud intelligitur q̃tum ad actus qui ſcḋm virtutem litere non habent oꝛdinem hunc annexum vt eſt non occidere. parentes honoꝛare. qui non eſſent honorandi inq̃tum facerent contra deum et retraherent honoꝛantem a dei amoꝛe. In quo caſu dicit dominus Luce. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrem ſuum ⁊ matrem ⁊c̄. Sed quare lex nature non poteſt reuocari vel a ſuo mutari conditoꝛe ſicut lex poſitiua. Rñ. quia lex nature cum ſit quedam participatio legis eterne vt dictum eſt. adeo mentibus noſtris eſt impreſſa q̃tum ad ſuuꝫ p̄mū p̄ncipium ſeu preceptum. ⁊ q̃tum ad decem precepta decalogi accepta ſcḋm intentionem precipientis: continet hominis oꝛdinem ad deum ⁊ ad proximum. eo autem ipſo ꝙ deus eſt vltimus finis debet homo oꝛdinari ad deum. ⁊ eoipſo ꝙ proximus: eſt oꝛdinabilis ad eundem finem debet oꝛdinari ad proximum. ſicut ergo deus non poteſt negare ſeipſum eſſe vltimum finem. ita negare non poteſt hominem oꝛdinari debere ad ipſum. ⁊ per conſequens nec ad proximum. vnde etiam ſequitur ꝙ legem nature non poteſt infringere inq̃tum eſt cōtinens oꝛdinem iſtum. lex autem humana cum non contineat niſi precepta que ſunt determinationes quedam preceptoꝛuꝫ legis nature. ⁊ concluſiones tales que vt in paucioꝛibus propter circūſtantias aliquas particulares poſſunt a lege nature deuiare. non habet predictum oꝛdinem duplicem immutabiliter annexum. et ideo magis poteſt reuocari vel mutari a ſuo conditoꝛe q̃ lex nature. hec Richardus. iij. diſ. xxxvij. q. j. arti. v. c. ⁊ capi. j. Dixerunt tamen quidam ꝙ deus diſpenſare poterat in preceptis ſecunde tabule. quia per precepta ſecunde tabule oꝛdinatur homo ad proximum. per precepta vo p̄me tabule oꝛdinatur ad deum ſicut ad fineꝫ vltimū ſublato aūt oꝛdīe rei ad finē tollit̃ oꝛdo illi⁹ rei ad aliā ⁊ nō ecōuerſo. Cui⁹ ratio eſt. q2 ille oꝛdo ē ꝓpter illū et nō ecōuerſo. et ideo ſublato oꝛdine ad proximum adhuc remanet oꝛdo ad deum. non econuerſo. ⁊ ideo deus diſpenſare poteſt in iſtis preceptis non in illis. Sed contra hoc obijcitur. quia oꝛdinē hominis ad deum facit amoꝛ dei. ⁊ oꝛdinem hominis ad proximum facit amoꝛ proximi. ſed remoto amoꝛe proximi remouetur amoꝛ dei. j. Johannis. iiij. Si quis dixerit quia diligo deum ⁊ fratrem ſuum odit mendax eſt. ergo ⁊c̄. Preterea. per hoc ꝙ filij iſrahel mandato dei acceperunt vaſa egyptioꝝ. non tollebatur oꝛdo proximi ad proximum. quia non accepe runt ea niſi vt facta ſua al's feciſſent contra amorem proximi. ⁊ per conſequens dei. vnde non commiſerunt furtum. Dicendum ergo ꝙ non poteſt precipere ſeu diſpenſare ꝙ fiat malum niſi amota ratione mali que erat ratio prohibitionis. Vnde precepit filijs Iſrahel ꝙ tollerent illa vaſa amota ratione furti. Ex predictis verificari poteſt dictum antiquorum. ſcilicet ꝙ duplex eſt malum. quoddam eſt malum in ſe. ⁊ hoc nulla circumſtantia poteſt bene fieri. ⁊ ideo illud deus non poteſt precipere. vt odire deum. vel cognoſcere non ſuam ex libidine. ⁊ huiuſmodi. aliud eſt quod eſt malum non ĩ ſe. ⁊ tale poteſt bene fieri poſita aliqua circũſtantia. et tale deus ꝑcipere poteſt. imo eoipſo ꝙ precipit ē bonũ. hec Alex. angli. ſ. t. j. c. de ſignis voluntatis diuine. q. j. ar. iiij. o.

De expoſitione primi precepti. Titulus. iiij.

Onſequẽter cõſiderandum eſt de ſingulis preceptis decalogi. ⁊ p̄mo ꝺ p̄mo precepto. ꝺ quo p̄mo ſunt exponẽda verba q̄bus tradit̄. Sc̄do ꝓſequendum eſt latius de idolatria ⁊ alijs q̄ ꝑ ipſuz ꝓhibent̄. Circa p̄mũ p̄mo de his q̄ ptinẽt ad decalogi q̄ſi titulũ. Sc̄do de his q̄ ptinẽt ad ip̄m p̄ceptũ. Tercio de his q̄ monere debẽt ad ip̄m obſeruãdũ. Circa p̄mũ ḡ ſciẽdũ ꝙ Exo. xx. p̄mittit̄ decalogo q̄ſi titul⁹ talis. Ego ſum dn̄s deus tuus q̄ eduxi te de terra egypti de domo ſeruitutis. Naz leges ferre ⁊ p̄cepta iniũgere nõ cõuenit alicui niſi p̄ſit multitudini. Vt ḡ dn̄s oſtẽdat hoc conuenire ſibi manifeſtat in predictis verbis ſe eſſe dominũ ⁊ rectorẽ vniuerſoꝝ dicens. Ego ſuz dominus creans om̄ia ꝑ potentiam. deus fouens ⁊ gubernans omnia per ſapientiam. vt em̄ dicit Damaſ. libro. j. ca°. x. theos grece quod eſt idem quod deus latine dr̄ a theu quod eſt fouere vniuerſa. Dicit̄ etiam a theaſte quod eſt conſiderare om̄ia. Tuus te redimens ⁊ reparans per bonitatem ⁊ clementiam. Et ſic in predictis verbis per hec tria dominus deus tuus inſinuatur trinitas. pater ⁊ filius. ⁊ ſp̄uſſanctus. per tria appropriata. per predicta tria vocabula deſignata. Per hoc ꝙ ibi ſingulariter dr̄ ego ſum. deſignatur eſſentie vnitas. ⁊ ſic patet quis loquitur ⁊ iniungit ſequentia ⁊ mandata. qꝛ deus cui hoc facere competit vt viſum eſt. Sequitur. qui eduxi te ⁊c̄. In q̄ oſtẽditur cui loquitur. quia populo educto de egypto. Vbi attendendũ ꝙ p̄cepta decalogi innata ſunt cuiuſlibet conſciẽ. Sunt etiam data ipſis iudeis ſpecialiter ⁊ expſſe vt hic dicit̄. ⁊ ideo precepta iſta ſm̄ ꝙ ſunt innata reſpiciunt omnes cõmuniter. Sm̄ vo ꝙ ſunt data illũ populũ ſingulariter quem. ſ. dn̄s eduxit ad litterã de egypto. Sp̄ualiter tamẽ cũ dr̄: eduxi te ⁊c̄. tangitur triplex effectus reſpondens trinitati appropriatus. educere em̄ ē potentie. de terra egypti ſapiẽtie. egyptus em̄ tenebre interp̄tatur in quo error infidelitatis notat̄. de domo ſeruitutis ē bonitatis ⁊ clementie. domus ei ſeruitutis eſt reatus peccati. qꝛ qui facit peccatũ ſeruus ē peccati. Dicit ergo ego ſum dn̄s qui te eduxi. ſ. ꝑ potentiam. deus q̄ te eduxi de terra egypti. i. de tenebris erroris ⁊ infidelitatis ad intelligentiam veritatis. ego tuus q̄ eduxi te de domo ſeruitutis. i. reatu peccati ⁊ prauoꝝ moꝝ ad libertatem gratie ⁊ affectionẽ bonitatis.

Poteſt etiam ſp̄ualiter in dictis verbis notari beneficium creationis ⁊ beneficiũ reparationis. Primũ cũ dr̄. ego ſuz dominus deus tuus. Secũduz cum ſubditur: qui eduxi te ⁊c̄. De his duobus ſunt duo articuli fidei qui inter omnes articulos ſunt maxima fundamenta fidei. Vnde ſunt quaſi duo radij ſiue oculi dirigentes nos in via mandatoruz dei. homo prius oculos aperit q̄ᵐ ambulet. ſic homo prius debet cognoſcere per fidem quã exequatur per operationem. Recte ergo primo ponit p̄dicta verba pertinẽtia ad fidem. ⁊ poſtea ponit mandata pertinentia ad operationem. Notandum autem ꝙ ĩ illis verbis: ego ſum dn̄s ⁊c̄. ſm̄ Alex. angli. vt dictum eſt ſupra. ponit̄ quaſi titulus decalogi. ſm̄ vo alios aſſignat̄ ratio primi precepti.

Sequitur videre de ſecundo. ſcilicet de his que pertinent ad ipſum preceptum. Circa quod ſciendum ꝙ primum preceptum eſt. Non habebis deos alienos coram me. non facies tibi ſculptile nec omnem ſimilitudinez que eſt in celo deſuper ⁊ que in terra deorſum. nec eorum que ſunt in aquis ſub terra non adorabis ea. nec coles. ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in terciam ⁊ quartam generationez eorum qui oderunt me. ⁊ faciens miſericordiam in milia his qui diligũt me ⁊ cuſtodiũt precepta mea. In his verbis primo ponũtur ea que pertinent ad ipſum preceptum. Secundo ea que monere debent ad ipſum obſeruandum. ſcilicet ego ſum domin⁹ deus tuus ⁊c̄. Circa primum nota ꝙ ibi remouetur omnis idolatria. idolatria enim eſt exhibitio honoris ſoli deo debiti. creature facta. Aut ergo exhibetur actu interiori. ſcilicet affectu. ꝓpter quod dicitur. non coles. Aut actu exteriori. propter quod dicitur: non adorabis. ⁊ hec differentia aſſignatur inter colere ⁊ adorare in gloſa. Honor autem exhibitus ſiue exterius ſiue interius. aut eſt exhibitus creature ſpirituali. ideo dicitur: non habebis deos alienos. Vnde Origenes in glo. angelos quibus gentes commiſit excelſus. vocat ſcriptura deos quaſi a deo datos. Vnde ego dixi. dij eſtis. Aut eſt exhibitus creature corporali. ⁊ hoc aut in imagine ficta que nullius rei naturalis eſt repreſentatiua. ideo dicitur: non facies ſculptile aut imagine vera. id eſt alicuius rei repreſentatiua. ideo dicitur ibi: neqꝫ omnem ſimilitudinem celeſtium. terreſtriũ. aquatilium. ⁊ nomine celeſtiũ poſſunt accipi non ſolum ſidera ſed etiam aues. qꝛ aer dr̄ celum ſm̄ illud Math. xiij. Aues celi comederunt illud. Poteſt etiã notari ꝙ cultus deorum alienoruz dupliciter apud aliquos ſeruabat̄. quidã em̄ quaſdã creaturas ꝓ dijs colebant ſine inſtitutione imaginum. Vnde Varro dicit ꝙ antiqui romani deos diu ſine ſimulacris coluerunt. ⁊ hic cultus ꝓhibetur p̄mo cũ dicitur: non habebis deos alienos. Apud aliquos vo erat cultus falſorum deorum ſub quibuſdam imaginibus. ⁊ ideo ꝓhibetur etiã ipſaꝝ imaginũ inſtitutio. cũ dr̄. nõ facies tibi ſculp. ⁊ ipſarũ imaginum cultus. cũ dicit̄: non adorabis ⁊c̄. Sed forſan inſurget aliquis contra xp̄ianos facientes imagines dicens eos idolatrare. quia faciunt contra illud non facies tibi ſculptile. neqꝫ omnem ſimilitudinem. Sed hoc remouetur per hoc quod in textu ſequitur. non adorabis ea neqꝫ coles. q. d. non facies ea ad adorandum vel colendum. xp̄iani autem ad hoc non faciunt imagines. ſed ad memorandum. ⁊ omnis honor ille qui imagini exhibetur. vt dicit Damaſ. ad prothotipum. id eſt ad illud quod imago preſentat refertur. Honor autem q̄ exhibetur ſanctis eſt honor dulie ⁊ non latrie. dulia em̄ eſt honor debitus creature inq̄ᵗum eſt diuine bonitatis participatiua. latria vo eſt honor ſoli deo debitus inq̄ᵗum eſt principiuz omnis rei productiuum ⁊ conſeruatiuum. Dubitaret autem aliquis de hoc ꝙ dicitur aquas eſſe ſub terra. ſed hoc intelligi debet reſpectu aquarum que recipiuntur in venis terre vnde fontes erumpunt ⁊ flumina. ratione etiam harum aq̄rum dicitur eſſe terra ſuper aquas. ſm̄ illud pſ̄. Qui fundauit terram ſuper aquas. Non autem intelligitur reſpectu oceani quod totam terram circuit ⁊ ei ſupereminet vt natura minus grauis. Et hec dicta ſunt q̄ᵗum ad ſuperficiem littere primi precepti. Ad ampliorem tamen intelligentiam notari poteſt ꝙ in predictis verbis tria prohibentur nobis per que mens noſtra auertitur a reuerentia creatoris. Primo omnes prophane pactiões demonum. ibi. non habebis deos alienos ⁊ hoc ſiue fiant per incantationes verborum ſiue inſcriptiones caracterum vel imaginum ſiue per immolationes ſacrificioruz. in his em̄ tribus conſiſtunt omnes artes magice. ꝓhibentur igitur omnes prophane pactiones demonũ ſiue ſint ad ludificatõz ſenſuũ. vt faciũt hiſtriões. ſiue ad tranſmutationem naturarum. vt fecerunt magi Pharaonis. ſiue ad inueſtigationem futurorum contingentium. vt faciunt diuini. omnia hec vocat Auguſtinus pactiones demonum. in talibus ei attribuitur creature quod debet attribui creatori. ⁊ ideo peccatur contra primum verbum primi precepti. ſcilicet non habebis deos alienos. Et ꝺ facientibus hoc dicit̄ Deutro. xxxij. Prouocauerunt eum in dijs alienis. Et ideo ſm̄ apoſtolum ad Ro. j. Tradidit illos deus in paſſiões ignominie. Secundo omnes falſe ⁊ ſuperſtitioſe adiuinentiones errorum ꝓhibentur cum dicitur. non facies tibi ſculp. omnis em̄ error ē fictio mentis. errores autem facit fantasia obnubilās rationē que facit ꝙ illud quod non est esse videtur. Huiusmodi autē adinuentiones errorum procedunt aut ex improbo ausu inuestigationis prohibite. vt errores philosophorum. sicut ponere mundum eternum. et ꝙ vnus intellectus est in omnibus hominibus. aut ex peruerso intellectu sacre scripture. vt hereses hereticorum qui male sentiunt de christo. de trinitate ⁊ de spiritusancto. aut ex inordinato affectu carnalitatis humane. Vt errores epycurorum dicentium nullam aliam esse vitaꝫ q̄ istam. ⁊ nicholaitarum dicentiū ꝙ licet cuilibet turpiter agere cum qualibet. Omnes isti errores tanq̄ stulti ⁊ vani sunt detestabiles. quia sunt contra secundū verbū primi mandati. scꝫ non fa. ti. sculp. vnde Hieremias. Stultus factus ē omnis homo a sciencia sua. confusus est artifex in sculpili suo. Vana sunt opera eorum ⁊ risu digna. ⁊ ī tp̄e visitatōis sue ꝑibūt. Tercio ꝓhibent̄ oēs ꝑuerse appreciationes creaturarū cum dicitur: nec omnem similitudinem. ⁊c. Omnis autēꝫ ꝑuersa appreciatio creaturarūꝫ procedit aut ex sublimitate. aut ex cupiditate. aut ex delectatione. ꝑmo modo ē idolatria superboꝝ. secūdo cupidoꝝ. tercio lasciuoꝝ. Sicut enī dicit Hieroꝰ. Quod quis plus veneratur ⁊ amat hoc illi deus ē. Colit autem superbus similitudinem celestiū. q̄ꝛ sup oīa diligit p̄esse. Colit cupidus similitudinem terrestrium. q̄ꝛ sup omnia diligit ditari Col'. iij. Auaricia est idoloꝝ seruitus. Colit lasciuꝰ similitudinem aquatilium. quia super omnia diligit delectari in delicijs huius mundi. que sunt flexibiles instar aquarum Phil'. iij. Quorum deus venter est.

Sequitur videre de tercio. s. de his que monere debēt ad obseruandū primum preceptum. que quidem ponunt̄ in his verbis. Ego sum dn̄s deus tuꝰ fortis ⁊c. ⁊c. Vbi ponunt̄ duo. s. comminatio ⁊ ꝓmissio. ad obseruationē enī precepti precipue monēt amor ⁊ timor. ⁊ sicut auis ad volandum indiget alis duabus. ⁊ ad ambulandum homo duobus pedibus. ita timore ⁊ amore inducatur homo ad impletionem predicti precepti. timor autēꝫ aggenerat̄ ī homine ex cōsideratione diuine iusticie. amor vō ex consideratione diuine misericordie. Ad incuciendum ergo timorem transgressionis primo ponitur comminatio vt sic timeamus diuinam iusticiam. Ego inq̄t sūꝫ dn̄s deus tuꝰ fortis ⁊c. i. fortissimū habens zelum iusticie. visitans. id est vindicans iniquitatē patꝝ in filios. Sed hoc videt̄ esse contra illud quod dicit Ezech. xviij. Filius nō portabit iniquitatē patris. Ad quod respōdet̄ per illud quod hic sequitur. i. eorū qui oderunt me ꝑ imitationēꝫ paterne malicie. Terciam vō ⁊ quartam generationem ponit quia tm̄ solent viuere patres. puniunt̄ ergo in filijs ad quos exemplum male vite transmiserunt. Scd̄o ponitur ꝓmissio vt diuinam misericordiam consideremus et amemus. faciēs inquit misericordiam in milia. id est in infinitum diligentibꝰ me ⁊ custodientibus precepta mea. in quo ostenditur quantū iusticiam excedat misericordia.

De latria quid ē ⁊ quō differt a theusebia ⁊ dulia. Ti. v.

Einde posterpositionē verboꝝ in quibus tradit̄ ꝑmū preceptū cōsiderandū ē plenius de idolatria que ꝓhibet̄ ꝑ ipsūꝫ. Est aūt idolatria latria idolis exhibita. Latria enī dupliciter sumit̄. s. ꝓprie. ⁊ cōiter. ꝓprie scḋm ꝙ dicit̄ cultus deo debitus ⁊ deo exhibitus. ⁊ hoc modo opponit̄ idolatrie. cōiter vō sumitur scḋm ꝙ est cultus soli deo debitus. ⁊ hoc modo idolatria potest dici latria. s. cum ille cultus idolis exhibetur. Et ideo ad maiorem intelligentiam primo dicendum est de latria. postea de idolatria. De latria autem dicendum est primo de ipsa. ⁊ postea de actibus eius. Circa primum dicendum est primo quid sit latria. Scd̄o quōmō differt a theusebia ⁊ dulia. Q̄tū ad ꝑmū considerandum ꝙ latria grece idem est quod religio latine. vt vult Aug. x. de ciui. dei. caꝰ. iiij. vnde dicitur ibidem ꝙ cultus deo debitus quatuor nominibus vocatur. scꝫ duobus apud grecos. ⁊ duobus apō latinos. Apud grecos dicitur latria ⁊ theusebia. id est cultus diuīꝰ vel cultus bonus. Apō latinos dicitur religio ⁊ pietas. ita ꝙ hec duo nomina correspondent illis duobus. licet quodammodo sint in plus q̄ntum ad modum consuetum. sic ergo latria idem est quod religio. religio autem dicitur a relegendo. scꝫ penitentia ad diuinum cultum. vt dicit Isidorus libro ethymologiaꝝ. quia huiusmodi sunt in corde frequenter reuoluenda. Prouerbi. iij. In omnibus vijs tuis cogita illum. Vel a religendo. scꝫ deuꝫ quem per peccatum amisimus. vt dicit Aug. x. de ciui. dei. Vel a religando. Unde Aug. d̄ vera religione. religet nos religio vni omnipotenti deo. Ideo patet ꝙ religio vndecunqꝫ dicat̄ proprie importet ordinem ad deum. vnde Augꝰ. x. de ciuitate dei. dicit ꝙ religio distinctius non quemlibet sed dei cultuꝫ significare videtur. Extenso tamen nomine refertur etiam ad ea que humanis cognitionibꝰ. exhibentur. vt etiam idem dicere videtur ibidem. ⁊ sic religiosi dici possunt communiter omnes qui deum colunt. specialiter tamen dicuntur religiosi qui vitā suā totā deo dedicātes a mūdanis negocijs se abstrahūt.

Circa scḋm sciendū ꝙ differūt latria ⁊ theusebia. licet aliquādo sumāt̄ ꝓ eodē scḋm ꝓpriā acceptōꝫ. q̄ꝛ theusebia ꝓprie respicit cultū interiorē qui ꝓprie pertinet ad virtutes theologicas. sed latria ad seruitutē exteriorē que ꝑtinet ad iusticiaꝫ. latria enī grece idē est quod seruitus latine de ratione sui vocabuli. vt vult Aug. li. x. de tri. Si aūt latria respiceret cultū interiorē ꝑncipaliter cū iste cōsistat ī credendo ⁊ sperando ⁊ diligendo deū. vt dicit Aug. in ench. tunc nō esset virtus cardinalis sed theologica. nō tñ q̄ꝫ ab alijs distincta. ꝫ ꝯ̄ns ad omēs illes scḋm Boñ. iij. dis. ix. q. ij. ar. iij. c. ꝫ hoc mō nō sumit̄ ita ꝓprie sicut modo sup̄ dicto cū nomen eꝰ impositū fuerit a seruitute q̄ ꝓprie respicit actū exteriorē. Vtroqꝫ tñ modo ꝯtingit reperiri eā dici. ⁊ scḋm hoc doctorū positiones diuersificari. vñ quidā ponunt eam speciē virtutis cardinal'. s. iusticie. quidaꝫ vō tres theologicas circūplecti. ⁊ vtrūqꝫ vere pōt dici sine contrarietate ꝓpter diuersūꝫ modū accipiendi scḋm Boñ. vbi. s̄. Sed quō se habet latria ad duliam? Rñ. ad cuiꝰ euidentiā sciendū ꝙ dulia multipliciter sumit̄. vno modo scḋm quandā analogiam. ⁊ sic importat cultū debitum nature superiori siue creature siue creatori scḋm aliquam rationem quā creator cōicat creature. vtpote scḋm ratōēꝫ dominij. ⁊ sic accipit̄ in glo. sup̄ illud ps̄. In ecclesijs benedicā dn̄o. glo. deo cui debetur latria. dn̄o cui debet̄ dulia. Alio mō scḋm anthonomasiā ⁊ sic dicit reuerētiā debitāꝫ creature humane dei facte. ⁊ sic sumit̄ glo. super illud ps̄. Adorate scabellum pedū eius. vbi dicit̄ ꝙ dulia maior debet̄ soli hūanitati xp̄i. Tercio scḋm significatōēꝫ ꝓpriam. ⁊ sic scḋm Aug. j. de trin. caꝰ. vj. latria dicitur cultus tm̄ deo debitus. dulia vō honor debitus ⁊ exhibitus creature rationali. ⁊ sic cōiter accipi consueuit. et hoc mō latria et dulia sunt diuerse species virtutis. q̄ꝛ respiciūt cultus exteriores formaliter diuersos. Aliter enī ⁊ alia ratione adorat̄ creator ⁊ creatura. Adorat̄ enī creator. q̄ꝛ ī eo ē summa maiestas que est principale ꝑncipiū oīs boni. qḋ habere pōt ille q̄ adorat. Creatura vō adorat̄ inquantū consideratur vt adiuuās ⁊ hoc vel ad esse vt pater carnalis. vel ad bn̄ esse. vt pater spiritualis. Si querat̄ quare glo. suprapos ita magis dicat latriam deberi deo. et duliam deberi domino. cum idem sit dominus et deus. Dicendum ꝙ dominus cōmunicatur creature. et de creatore ⁊ creatura dicitur analogice. deus autem nō ita cōmunicatur. sed si dicatur d̄ creatore ⁊ creatura dicitur equiuoce. ⁊ ꝓpterea dicit latriam deberi deo ⁊ duliam domino. nō vt significetur ꝙ alia specie adorationis adorandus sit inq̄ntum deus. et alia inq̄ntum dominus. sed vt innotescat differētia horum vocabulorum. et simul cum differentia innuit cōuenientiam. Ex predictis patet ꝙ latria est virtus ad reddendū honorem deo debitum habilitatiua moralis ad iusticiā reducibilis.

De actibus latrie. Titulus. vj.

Poſtea quia mathematici dicūt euentū futurorꝝ aliquorꝝ ex aſtris pendere ⁊ p̄cognoſci poſſe. iō cōſiderandū ē hic de impſſione aſtrorꝝ reſpectu hominū ⁊ demonū. Un̄ circa hoc querunt̄ plura. ſ. vtrꝝ ex impſſione luminariū celeſtiū cauſet̄ in hominibus diuerſitas morꝝ? Rñ. mores hominū ⁊ euētꝰ futurorū a ſideribus cauſari dupliciter pōt itelligi. aut neceſſario et ſufficienter. aut diſpoſitiue ⁊ contingenter. Si dicat̄ ꝑmo modo ſic nō tm̄ eſt falſuꝫ. ſʒ etiam hereticū. q̄r repugnat xp̄iane religiōi. tū q̄r vītas fidei in hoc errore ſeluari non pōt. dum eñ ponit oīa a ſideribus nccīo euenire tollit merita. ⁊ ꝑ ꝯñs p̄miū. tollit grām ⁊ ꝑ ꝯñs gloriā. Tum q̄r honeſtas morꝝ per hunc errorē preiudicium patit̄ dum culpa peccātis i ſidera refundit̄. licentia malefaciendi ſine reprehēſione ꝯceditur ⁊ hō ad orandū ⁊ colēdū ſidera incuruat̄. Si aūt dicat̄ mores hominū a diſpoſitionibus ſiderum variari diſpoſitiue ⁊ cōtingenter. ſic pōt habere veritatem. q̄r nec rationi nec fidei repugnat planum eſt eñ ꝙ diſpoſitio corporis varia multum facit ad variationem affectionū ⁊ morum anime. vt plurimū eñ aīa cōplexiones corporis imitat̄. vt dꝫ in ſex principijs. vnde colerici ſunt iracūdi. ⁊ ſanguinei ſunt benigni. ⁊ melācolici ſunt inuidi. flegmatici pigri. hoc aūt nō ē nccīo. aīa eñ dñat̄ ſuo corpori ⁊ maxime qñ ē adiuta ꝑ grām. multos eñ videmꝰ colericos māſuetos. ⁊ melācolicos benignos. qñ ſʒ virtus corporꝝ celeſtiū opat̄ admixtionē ⁊ q̄litatē ꝯplexionū. hinc ē ꝙ ꝑ ꝯſequēs opat̄ q̄ammodo ad q̄litatē morꝝ. valde tñ de longinquo. plus eñ facit ad q̄litatē ꝯplexiōis virtus nature inferioris q̄ virtus ſideris. vñ Aug. v. de ciui. dei i ſolutōe cuiuſdā queſtiōis de duobus fratribꝫ q̄ ſiml' infirmabant̄ ⁊ curabāt̄. cū q̄reret̄ vñ hoc eēt. magis ꝯmēdat ratōꝫ hypocratis q̄ aſtronomi. Hypocras eñ rñdit ꝙ hoc erat ꝓpter ſimilitudinē ꝯplexionis. ⁊ aſtronomus rñdit ꝙ erat ꝓpter idemptitatē ꝯſtellationis. meliꝰ eñ reſpōdit phyſicꝰ. q̄r cām reddit magis ꝓpriā ⁊ magis ꝓpinquā. Sic ſʒ dicendū ꝙ impſſiōes ſiderꝝ aliquo mō diſponūt ad varietatē morꝝ. nō quidē diſpoſitōe nccīa ⁊ ꝓxima ⁊ ſufficiente. ſʒ remota ⁊ ꝯtingēte. Si obijcit̄ ꝯ̄ p̄dicta. q̄r phs liꝰ de ꝓprietatibꝫ elemētorꝝ dicit ꝙ regna vacua facta ſunt ⁊ tre depopulate apud ꝯiunctionē iouis ⁊ ſaturni. ſʒ talia dependēt ex libero arbitrio ſʒ ⁊c̄. Rñ. ꝙ hoc dicit phs nō q̄r hoīes nō poterāt reſiſtere influētie illius ꝯſtellatōis ad diſſenſionē inclinātis. ſed q̄r noluerūt. q̄r ſicut dicit Ptolomeus i almageſti. Sapiens hō dñabit̄ aſtris. q̄uis aūt ꝯiūctō iouis ⁊ ſaturni: eo ꝙ ſaturnus hꝫ influentiā melācolicā ⁊ malā. iupit̄ autē imittit valde bonā influētiā. poſſit ad rixā vel diſcordiā hoīes incliare. illi tñ inclinatōi hoīes ꝑ libertatē arbitrij pñt reſiſtē. ⁊ ſatis faciliter cū adiutorio grē dei. Obijcit̄ iterꝝ q̄r Damaſ. li. ij. caꝰ vj. dicit. Cōſtituūt̄ multotiēs comete ⁊ ſigꝫ q̄dā mortis regū. ſʒ ⁊c̄. Rñ. quidā dicūt ꝙ cometa nec nālit̄ generat̄. nec ē vna de ſtell' i firmamēto poſitis. vñ nec eiꝰ ſignificatō ē nālis. vñ Damaſ. li. ij. ca. vj. dicit ꝙ comete nō ſunt ex his q̄ a ꝑncipio genita ſunt aſtra. ſʒ diuina iuſſiōe ſm̄ ipm̄ tp̄us ꝯſtituunt̄. ⁊ rurſus diſſoluūt̄. hec Damaſ. p̄nūciat aūt deꝰ ꝑ tale ſignum mortē regis magis q̄ aliorꝝ. tū q̄r ē ꝑſona cōis. tum q̄r ex hoc pōt oriri turbatio regni. de cuiꝰ cuſtodia magis ſolicitant̄ angeli ꝓpter cōe bonū. Alijs aūt q̄ viā phyſicā ſequūt̄ videt̄ ꝙ ſtella comata ſit impſſio calida ⁊ ſicca generata i inferiori pte aeris ꝓpe ignē ex vapore calido ⁊ ſicco. ⁊ globus illius vaporis adunatꝰ apparet corpus ſtelle. partes aūt illius vaporis diſcōtinuate circa illum globū ⁊ in longū ꝓtenſe in ſuis extremitatibꝫ illi globo ꝯiūcte: ſunt q̄ſi eiꝰ come. ⁊ ſm̄ hāc poſitōꝫ ſignificat ⁊ cauſat. nō ꝑ ſe. ſʒ ꝑ accidēs mortalitatē ꝓuenientē ex infirmitatibꝫ calidis ⁊ ſiccis. q̄r vehemēs diſtēꝑata ſiccitas conſueta eſt preuenire ⁊ comitari comete generationem. ⁊ quia vt plurimū diuites nutriunt̄ calidis ⁊ ſiccis. iō illo tp̄e multi diuites moriunt̄: inter quos mors regū ⁊ ꝑncipū ē magis notabil'. Et ita vides ꝙ ſm̄ quācūqꝫ iſtarꝝ opinionū nullū ꝑnitꝰ hꝫ dominiū ſup liberꝝ arbitriū. Nota iſup ꝙ iudicia aſtronomorꝝ ex aſtris ꝑ aliquā diſpoſitionē hñt ꝓbabilitatē. nō tñ neceſſitatē. ꝓbabilitatē aūt maiorē hñt i actibus nature q̄ voluntatis. ⁊ i actibꝫ hoīm gnālibꝫ. ſicut vniꝰ gētis vel ꝓuīcie q̄ in ꝑticularibus vniꝰ ꝑſone. q̄r maior effectꝰ ſtellarꝝ impꝛimit̄ in totā vnā gentē q̄ in vnū hominē. ⁊ quia maior ps gentis vnius magis ſequit̄ affectiones nāles corporis q̄ vnus ſingularis homo. hec Boñ. ij. diſ. xiiij. p. ij. q. ij. arti. iij. o. Utrꝝ fatū ſit ⁊ qđ ſit? Rñ. opinio fuit q̄rundā mathematicorꝝ ꝙ ex vi poſitōis ſiderꝝ cauſat̄ diuerſitas morꝝ in hominibus. ita ꝙ talis ē quiſqꝫ in moribus qualē faciat eū eſſe diſpoſitio ſiderꝝ. in qua eſt conceptus vel natus. ⁊ iſtam vim vocauerūt noīe fati. ſed hec opinio nō tm̄ ē falſa ſʒ etiam heretica. ⁊ oīno deteſtāda. vt pꝫ ex ſup̄dictis. vñ fatū ſm̄ acceptionem iſtā nihil ē. ⁊ ſic dicit Grego. i omel'. epiphe. Abſit a fideliū cordibus vt fatū aliqđ eſſe dicant. Alio mō pōt dici fatū diſpoſitio ſiue ordinatō cauſarꝝ ſecūdarꝝ ad ꝓducendos effectus diuinitꝰ ꝓuiſos. ⁊ hoc mō fatū vere ē aliqđ. ꝓuidētia eñ diuina ꝑ cauſas medias exeqtur ſuos effectus. pōt ſʒ ipſa effectuū ordinatio dupliciṫ ꝯſiderari. vno mō ſm̄ ꝙ ē in deo. ⁊ ſic dicit̄ ꝓuidētia. Alio mō ſm̄ ꝙ eſt i cauſis medijs ordinatis a deo ad effectus aliquos ꝓducēdos. ⁊ ſic hꝫ ratōꝫ fati. ⁊ hoc mō Boetꝰ loquēs de fato. iiij. de ꝯſo. dicit ꝙ fatū eſt rebus mobilibꝫ inherens diſpoſitō per quā ꝓuidētia ſuis queqꝫ nectit ordinibꝫ ſʒ tñ ſcti doctores hoc noīe vti recuſauerūt ꝓpter eos qui illud ad vim poſitiōis ſiderū retorq̄bāt. vñ Aug. v. de ciui. dei dicit. Si ꝓpterea quiſqꝫ res hūanas fato tribuit. q̄r ipſam dei voluntatē vel ptātē fatuꝫ vocat. ſententiam teneat ⁊ linguam corrigat. Utrꝝ oīa fato ſubdantur? Rñ. fatū vt dictum eſt. eſt ordinatio cauſarꝝ ſecūdarꝝ ad effectus diuinitꝰ ꝓuiſos. quecūqꝫ ſʒ ſecūdis cauſis ſubdunt̄ fato ſubdunt̄. ſiq̄ua vo ſunt q̄ a deo imediate fiant. cū nō ſubdant̄ cauſis ſcđis: nō ſubdunt̄ fato. vt ē glorificatō ſubſtantiarꝝ ſpūaliū. creatio rerū. ⁊ alia hmōi. ⁊ hoc ē quod dicit Boetius. iiij. de conſo. ꝙ ea q̄ ſunt ꝑme deitati ꝓpinqua fatalis ordinis mobilitatē excedūt. Utrꝝ corpa celeſtia poſſunt i demōes impꝛimere? Rñ. ꝙ demōes ſunt ſupiores ordie nāe q̄ corpa celeſtia. agēs aūt ē ſupiꝰ patiēte vt dicit Augꝰ. xij. ſuper Geñ. ex quo ſequit̄ ꝙ demones nō ſubijciunt̄ actiōi corporꝝ celeſtiū. Sꝫ ꝯ̄ demones ſm̄ certa augmenta lune vexant homines aliq̄s q̄ etiā ꝓpter hoc lunatici dicūtur. vt pꝫ Math. iiij. ⁊ xvij. ſʒ hoc vt videt̄ nō eſſet niſi demōes corpibꝫ celeſtibꝫ ſubiacerent. Rñ. ꝙ demones ſm̄ certa augmenta lune vexāt homines ꝓpter duo. Primo q̄dē ad hoc vt iſamēt creaturā dei. ſ. lunā. vt Hiero. ⁊ Criſ. dicūt. Scđo q̄r nō pñt opari niſi mediātibꝫ virtutibꝫ nālibꝫ i ſuis opibꝫ ꝯſiderāt corporꝝ aptitudines ad effectꝰ intētos. Manifeſtū ē aūt ꝙ cerebꝝ ē ꝯhumidiſſimuꝫ oīm partium corpis. vt Ariſt. dicit. iō maxime ſubijcit̄ operationi lune que ex ſua ꝓprietate hꝫ mouere humiditateꝫ. in cerebro autem ꝑficiuntur vires aīales. ⁊ iō demones ſm̄ augmēta certa lune perturbant homis fantaſiam: qñ cōſiderāt cerebꝝ ad hoc eē diſpoſitū. Obijcit̄ iterꝝ q̄r nigromātici obſeruant certas cōſtellatiōes in aduocādo demones. ſʒ ⁊c̄. Rñ. ꝙ demones aduocati in certis ꝯſtellatiōibus magis exhibēt ſe p̄ſentes ꝑmo ad hoc vt inducāt hoīes ad credēdū aliqđ numen eſſe in ſtellis. Scđo q̄r ꝯſiderāt ſm̄ aliq̄s ꝯſtellatiōes materiā corpalē eſſe magis diſpoſitā ad effectus ꝓ quibus aduocantur. hec Tho. j. q. cxvj. o.

De diuinatione per ſomnia. Titulus .xiij.

Oſtea conſiderādū eſt de diuinatōe ꝑ ſomnia. Circa qḋ ꝗritur vtrū aliqs in ſomniādo poſſit ꝓuidere futura. Rn̄. futuroꝝ ſcḋm ꝙ ꝑtinet ad pñs ē qntuplex differentia. Quedam eñ futura habent cām naturalem in homine ſomniāte. vt ſunt illa que ꝓueniūt ex aliqḃ cāis que ſūt in hoīe ſomniāte. ſicut febris ex abūdātia colē nimis intenſe. et huiꝰ futura ꝓuidēter in ſōmis aliqñ ꝑ cām nālem ⁊ determiātā. eo ꝙ natura repſentat ī ſomnis anime aliqs diſpoſitiones que ſunt in corpore. ex quibꝫ poſtea ꝯtingit īfirmitas vł aliqḋ aliud. Vñ qñqꝫ ꝯtīgit ꝙ ī hoīe in quo ſupabundat colera nimis intenſa repſentat̃ aīe ī ſomnis imaginatio febris future. Vñ Ariſt. li. de ſō. ⁊ vigi. dicit ꝙ qñ ſomnia ſūt ex his ex qḃ ꝯponimur. ſic ſunt ſigna vel ſanitatis vel infirmitatis ſcḋm coꝝ differentias. vt ſi quis ſomniet de occupationibꝫ igneis. ſignū eſt ꝙ ꝑdominat̃ in eo colera. ſi de aeris. vt de volatu. ⁊ hmōi ſignū ē ſanguinis. ſi aque vel alterius liquoris aquei: ſignū eſt flegmatis. ſi de terreis: ſignum eſt melancolie. ⁊ ideo ꝑ ſomnia qñqꝫ iuuant̃ medici ad cognoſcēdū diſpoſitōes corꝑis. vt etiā dicit phs ī eodē li. Et dicūt aliqui ꝙ talia ſomnia ꝓcedunt ex naturali ſolicitudīe nature de regimīe corꝑis. ⁊ hmōi ſomnia ſunt tñ ſigna nō cāe accidētiū futuroꝝ in homīe. Quedā vō futura habent cauſam naturalē extra hominē ſomniantē. vt ſunt illa que ꝓueniūt ex aliqua determinata influentia corpoꝝ celeſtiū: vt vehemēs aeris ſiccitas. vel nimia abūdantia hymbriū. ⁊ multa alia. ⁊ hmōi futura etiā qñqꝫ ꝓuidētur ī ſomnis ꝑ aliquā cāꝫ naturalē ⁊ determiatā. qñqꝫ eñ īfluētia celi ⁊ elemētorū impreſſionē facit in corpore hominis. ex qua impreſſiōe qñqꝫ repñtat̃ aīe ī ſomnijs imago alicuiꝰ effectus futuri extra hominē qui ꝓueniet ex eadem influentia. nec hoc videat̃ abſurdū cū etiā hāc impreſſionē fieri videamꝰ in aliquibꝫ brutis ꝑ quā īſtinctu naturali pluuiā ⁊ vētū futurū apprehēdūt. Vnde et formice ꝓpter talē impreſſionē portāt granū in cauernā anteqꝫ pluat. quia cū effectus ſunt virtualiter ī cauſis. ideo effectꝰ ꝓcedēs ex vna naturali cā in vno: gerit aliquo modo ſilitudinē illius effectꝰ q̄ poſtmodū accidet ex eadem cā naturali in alio. ⁊ hinc eſt ꝙ impſſio facta in corpore ex diſpoſitione influentie celi ⁊ elemētorū: ex q̄ poſtea ꝓueniet pluuia ſimilitudinē gerit pluuie future. et ſic ꝑ illā impreſſionē repſentari pōt in ſomnus ipi aīe imago future pluuie. ⁊ erit illud ſomniū ſignū non cā future pluuie. licet aūt hec ſomnia ⁊ ꝑcedētia ſint ſigna futuroꝝ: nō tñ oportet ꝙ illa ſignificata ſemꝑ eueniāt. quia ex aliqua cauſa ſupueniente pñt impediri. Vnde qñqꝫ ꝓpter nimiā abūdantiā ardētis colere ī corpore: ſomniat homo ſe febricitare: ⁊ tñ ñ ſequit̃ febris ꝓpter aliquā cām ſuperuenientē q̄ tēperat colerā illā: vel q꞉ apponit̃ remediū medicine. Similiter qñqꝫ ꝓpter diſpoſitionē celi ⁊ elementoꝝ q̄ ꝗñi eſt ex pte ſua haberet cito pluuiā cāre. fit impreſſio ī hoīe ꝑ quā ſomniat pluuiā. nec tñ ſequit̃ pluuia hoc impediēte aliqua cā ſupueniēte alia. Et his dictis cōcordat phs de ſom. ⁊ vig. parū ante finē vt pꝫ cōſiderāti vba eius. Quedā aūt futura hñt cām voluntariā ī hoīe ſomniāte. vt ſunt illa que dependēt ex ope ipſius ſomniātis ⁊ hmōi futura non preuident̃ ī ſomnijs ꝑ aliquā cāꝫ determinatā naturalem. ſꝫ qñqꝫ ꝓuidētur a caſu vt cū hō eſt aliqḋ voluntarie facturꝰ de quo nunqꝫ voluntatē faciēdi nec aliquā inclinationē habuit ad hoc: ſi homo ſomniat ſe aliquid tale facere a caſu ē niſi hoc habeat ꝑ reuelationem. Vñ talia ſomnia ñ ſunt ſigna nec cauſe futuroꝝ ſꝫ dicūt̃ accidentia ſiue caſualia. Qñqꝫ aūt ꝓuidentur ꝑ aliquā cām determinatā ex volūtate creata. vt cū homo in vigilia multū ſolicitus fuit de aliquo ope faciendo. ⁊ vehementer illud facere deſiderauit: ⁊ cum magna inueſtigatione inquiſiuit modū ꝑ quē facere poſſet: ⁊ non potens modū inuenire obdormiuit in tali ſolicitudine. ⁊ ex his cauſatur in aīa qñqꝫ diſpoſitio ꝑ quā ſomniat ſe illud opus facere. ⁊ contingit qñqꝫ ꝙ q꞉ in vigilia erat facta preparatio ad inueniēdū modū faciendi in ſomnio ꝓpter ſedationē motuū exteriorū et interiorum circa aurorā repſentat̃ aīe modus ille quē ī vigilia non potuit inuenire. Vnde accidit ꝙ euigilans ſe ponit ad faciendū opus quod alˀs non feciſſet eo ꝙ in vigilādo modū faciendi non poterat reperire. et tale ſomniū eſt cauſa effectus futuri per modū iā dictū. et eſt cauſa ſine qua non. Et his concordat phs. ij. de ſom. ⁊ vigi. vt patet intuēti vba eiꝰ. Contingit etiā qñqꝫ ꝙ talia ſomnia non ſunt cā effectus futuri ſꝫ tñ ſūt effectus motuum q̄ in vigilia preceſſerūt mediante quādam impreſſione quā reliquerūt in nobis. Quedā vō futura habēt cauſā voluntariam in alijs hominibꝫ ab ipo ſomniante ⁊ in remotis partibꝫ vt ſcꝫ illa ſomnient que illi homines facere diſpoſuerūt. ⁊ talia preuidere non pñt ī ſomnijs per aliquā cauſam naturalē ⁊ determinatā. ſꝫ ſi aliqs homo ſomniat aliqḋ qḋ poſtea accidit in remotis partibꝫ per cām voluntariā hoc eſt a caſu. et ideo hmōi omnia ſcḋm phm de ſom. ⁊ vigi. dicūt̃ accidentia vel caſus. ⁊ hoc ītelligo niſi illa futura reuelent̃ dormienti ꝑ aliquā cauſā voluntariā: ſicut ꝑ diuinā reuelationē immediate vel mediante miniſterio angelorū: quoꝝ reuelationēꝫ aīe dormientū ⁊ ꝑcipue in nocte ſicut dicit phs. ij. de ſom. ⁊ vigi. ſi ſilētes ſūt noctes. qñqꝫ ſunt magis apte recipere qꝫ in vigilando ꝓpter ſedationē motuū exteriorū ⁊ interiorū: ⁊ maxie circa aurorā quādo digeſtio ē cōpleta ⁊ ſedati ſunt motus fumoſitatū. q꞉ cū angelus eſt limitate virtutis efficatiꝰ reuelare pōt aliqḋ futuroꝝ anime diſpoſite qꝫ indiſpoſite. Vnde ⁊ ſomnia de quibꝫ dictum eſt primo ⁊ ſecundo loco qñ habent̃ ī tali hora ſunt veriora. ⁊ his dictis concordat Auicē. vj. naturalium li. iiij. c. ij. tñ quacūqꝫ hora reuelet angelus verus et bonus dormienti ſemꝑ eſt verū qḋ reuelat. Ex predictis patꝫ ꝙ ſomnioꝝ quedā hñt cām determinatā ⁊ hoc ī ſomniante vel extra ſomniantē. aliqua vō nō hñt cām determinatā ſꝫ ſunt caſualia. ⁊ huic diſtinctiōi cōcordat Auicē. vj. naturaliū. li. iiij. c. v. vbi dicit ꝙ ſomnia quedā ſunt naturalia. ⁊ hec ſbdiuidit ī duos modos ꝑdictos. quedā ſunt voluntaria ⁊ ſb his cōprehēdi pñt illa que cām hñt voluntariā ex ſomniantē ⁊ illa q̄ ſunt a caſu. patet etiā ex dictis ꝙ ſomnioꝝ aliq̄ ſūt ſigna. ſ. ꝑcedētiū motuū vł etiā aliquoꝝ futuroꝝ. aliqua ſūt cāe. ſ. ſine qbꝫ nō fierēt aliqua futura. aliq̄ ſūt accidētia ⁊ huic diſtinctiōi concordat Ariſto. li. ij. de ſom. ⁊ vigi. a de diuinatōe q̄ fit in ſomnis vt pꝫ ibidē intuēti ꝯpropē vt dic phs ibidē. ſomnia ñ demꝰ oīo cōtemnere: nec oīo de eis curare eo ꝙ ſic dicit Auicē. vj. nāliū li. iiij. c. iiij. nō oīa ſomnia ſūt vera. His etiā concordat ſacra ſcriptura q̄ qñqꝫ ꝓhibet attendere ſomnijs. qñqꝫ approbat attēdere viſiōibꝫ q̄ hñt ī ſomnijs. hec Richa. Si qs ergo vtatur ſomnijs ad cognoſcēda futura. ſ. ꝙ ſomnia ꝓcedūt ex reuelatiōe diuina vel ex naturali cā intrinſeca vel extrinſeca quātū ſe pōt extendē talis vtus. nō erit illicita diuiatio. ſi aūt huiuſmōi diuinatō cauſet̃ ex reuelatōe demonū cū qbꝫ hñt̃ pacta vł expſſa. q꞉. ſ. ad hoc inuocāt̃ vł occulta vel tacita. q꞉ huiuſmōi diuinatō extēdit̃ ad illud ad qḋ ſe nō pōt extēdē erit diuinatō ſupſticioſa ⁊ illicita hec Thomas. ſcḋa ſcḋe. q. xcv. ar. vj. o.

Prohibet̃ ꝗ curioſa obſuatō ſomnioꝝ. ⁊ temerariū ē inni ſonijs. qñ difficile ē cognoſcere qñ accidūt ex cāis naturalibꝫ vł ſupnaturalibꝫ. ⁊ qñ ex āgelis bōis vł malis. hec Johs de pec. in ſūma ſua de aīa. Vnde ſacra ſcriptura repḣēdit eos q̄ cōfidūt ī ſōnijs. dr̄ eñ Eccľ. xxxiiij. ſicut parturiētis cor tuū fantaſias patit̃. niſi ab altiſſimo immiſſa fuerit viſitatio.

De ſortilegijs. Titulus .xiiij.

Einde conſiderādū eſt de diuinatione ſortiū. ⁊ primo de ipſa. Secūdo de eius pena. Circa pmū queritur vtrū ſit licita. Rn̄. ꝙ ſicut ſupradictum eſt ſortes proprie dicunt̃ cum aliquid fit. vt eius euentu cōſiderato: aliquid occultum innoteſcat. Et ſi quidem queratur iudicio ſortium quid tibi ſit exhibendum. ſiue illud ſit res poſſeſſa. ſiue ſit honor. ſeu dignitas. ſiue pena. aut actio aliqua. dicitur ſors diuiſoria. Si aūt inquiratur quid ſit agendū: dicitur ſors conſultoria. Si vō queratur qḋ ſit futurū: ſors dr̄ diuinatoria. Actus vō hūani q̄ requiruntur ad ſortes nō ſubdunt̃ diſpoſitiōi ſtellarū. nec etiā euētus ipoꝝ actuum. Vnde ſi qs ea intētione ſortibꝫ vtatur. quaſi huiuſmōi actꝰ humani q̄ ad ſortes reqrūt̃. ex diſpoſitione ſtellaꝝ eē secrū sortiātur. Vana ⁊ falsa erit opinio: ⁊ p̄ añs suggestiōe demonū non carebit. ⁊ ex hoc diuinatō talis superstitiosa et illicita erit. Hac aūt cā remota necesse ē q̄ sortaliū accidētiū expectet̄ euentus. vel ex fortuna: vel ex aliqua speciali cā dirigēte. ⁊ siquidē ex fortuna: qd̄ locū habere potest tm̄ in sorte diuisoria non videtur hr̄e vitiū. nisi forte vanitatis. sicut si aliqui nō valentes cōcordit̄ aliqd̄ diuidē: sortib' vti velint ad diuisionē q̄si exponētes fortune quisq̄ accipiet ptem. Si vo ex spāli cā iudiciū sortiū expectet̄. quādoq3 quidē expectat̄ ex demonib'. sicut legit̄ Eze. xxj. q̄ rex babylonis stetit in biuio i capite duarū viar diuinationē q̄rēs ⁊ miscēs sagittas interrogauit ydola ⁊ ea cōsuluit. ⁊ tales sortes sūt illicite ⁊ sm̄ canones p̄hibētur. q̄nq3 vo expectant̄ a deo sm̄ illud puer. xvj. sortes mittunt̄ in sinū. s3 a dño tēperantur. et talis sors nō est aliqd̄ mali vt dicit glo. Aug. sup illud ps. i manib' tuis sortes mee Nota vlteri' q̄ sors pōt sumi multipliciter. Uno mō p electōe gratuita: vt i ps. i manib' tuis sortes m. ⁊ ad Eph. j. i quo sorte vocati sum'. Alio modo p eo qd̄ est indiciū diuine volūtatis. vt Act. j. cecidit sors sup mathiā. ⁊ sic dicit Augu. q̄ sors non est aliquid mali. s3 res in humana dubietate posita diuinā indicās volūtatē. xxvj. q. ij. sors. sors eni. s. ipsum opatū ꝓut ē in fieri ē res dubia: s3 postq̄ ē in facto esse est res certa. ⁊ indiciū diuine volūtatis. Sors pmo modo nō est aliquid mali nec etiā scđo modo est aliqd̄ mali in se s3 rōne circūstantie pōt aliquid mali in se cōtinere. Unī p̄hibetur ne sb hac specie homines i ydolatriam labantur. xxvj. q. ij. §. his ita. tercio pōt accipi sors ꝓut est nomē vlteri' deriuatū ad significādū diuinationē sm̄ q̄ dicit Leo papa tercius. q̄ sors nihil aliud ē q̄ diuinatio et maleficiū a sanctispatrib' dānatū. Et sm̄ hoc non est licita nec credēda nec exercēda aliq̄ mō vt dicit̄ in dicto. §. his ita. ⁊. c. sequentib'. ⁊. xxvj. q. v. p totū. ⁊ ideo hoc modo prohibetur sub anathematis interdicto. xxvj. questi. v. sortes. Sciēdū etiā q̄ in sortib' scđo modo dictis. peccatū pōt accidere q̄drupliciter. pmo si sine vlla necessitate ad sortes recurrat̄ hoc eni videt̄ ad dei tēptationē ptinere. Unī aug. super luc. qui sorte eligit̄. humano iudicio nō cōprehēdit̄. Secūdo etiā si quis in necessitate absq3 reuerētia sortib' vtat̄. Unī Beda super act' aplorū. si qui necessitate aliq̄ cōpulsi deū putāt sortib' aplorū eē cōsulēdū videāt hoc ipos aplos non nisi fratrū collecto cetu ⁊ pcib' ad deū fusis egisse. tercō si diuina oracula ad terrena negocia cōuertant̄. Unī aug. dicit ad inquisitiōes ianuarij. His quidē paginis euangelicis sortes legunt ⁊ si optandū sit: vt illud potius faciāt q̄ ad demonia cōsulēda cōcurrāt. ista tm̄ mihi displicet cōsuetudo. ⁊ ad negocia secularia. ⁊ ad vite hui' varietatē cōuertere diuina oracula. q̄rto si aliqui sortib' vtāt̄ in electōib' ecclesiasticis q̄ fieri dēt ex inspiratōe diuina vel spūsancti. Unī sic dicit Beda sup Act. Mathias ante pēthecosten ordinat' sorte querit̄. q3. s. plenitudo spiritussancti nōdum erat effusa in ecclesia. septē aūt dyaconi postea nō sorte s3 aplor electione sunt ordinati. Secus aūt ē i dignitatib' tpalib' q̄ ad terrena disponēda ordināt̄ in quarū electōe plerūq3 sortib' hoīes vtunt̄. sicut ⁊ i tpaliū reru diuisiōe si necessitas immineat licitū est cū debita reuerētia sortib' diuinū iudiciū iplorare. Unde sicut dicit Augu. in epla ad honoratū. si inter dei ministros sit disceptatio q̄ tpe eorū psecutiōis maneāt ⁊ qui fugiāt ne forte morte omniū dserat̄ ecclia si hec disceptatio aliter terminari nō possit quātū mihi videt̄. eligendi sunt sorte qui maneāt et qui fugiāt. ⁊ li. j. de doc. xpiana dicit si tibi aliqd̄ abundaret qd̄ oporteret dari ei qui non haberet nec duob' dari posset. s3 occurrerēt tibi duo quor neuter aliū vel indigētia vl̄ erga te aliqua necessitate superaret nihil iustius faceres q̄ si sorte eligeres cui dandū eēt qd̄ vtriq3 dari nō posset. Per predicta cessat obiectio q̄ sancti viri tam i veteri testamēto q̄ in nouo sorte vsi fuisse legūt̄. Honorius etiā ex. de sortilegijs. ecclesia. ⁊ ex. eo. dicit q̄ licet vti sortib' p litibus dirimēdis. ⁊. xvj. q. j. sors. et idē dicit Hosti. ⁊ hoc intellige sm̄ eū i tēporalib' ⁊ de sorte simplici cū paleis vl̄ huiusmodi ⁊ sine aliq̄ supstitione. Nota breui' q̄ cū aliqd̄ p sortē querit̄: aut illud ptinet ad rē tpalē vt diuisio hereditatis. et his similia ⁊ tunc licet. ff. famil'. hercis. si q̄ sūt. aut ptinet ad rē spiritualē. ⁊ tūc aut ptinet ad electionē alicui' plati ⁊ tunc nullo mō licz. ex. de sorti. ecclia. i fi. Aut ptinet ad aliqd̄ aliud spūale iurgium dirimēdum ⁊ tūc si illud pcedit licet. xxvj. q. ij. s3 exēplo ⁊ argumētū ex. e. ecclia. Vbi hoc tm̄ p̄hibet̄ in electōib' ⁊ p hoc vid3 pcedi in alijs iurgijs dirimēdis: cui' rō pōt esse. quia nō ita in alijs sicut i electionib' ē puisū. si vo nō pcedit nō licet. xxvj. q. ij. nō statim. Ad inquisitionē aūt veritatis de aliquo futuro vel pterito vt furto ⁊ similib' nō licet ex. e. c. j.

Quid si cōtētio eēt de aliquor electōe et esset paritas i oīb' vtrobiq3. Rn̄. scripserūt Laurētius Ray. Jo. ⁊ cācellari' q̄ tūc exemplo mathie possent fieri sortes. s3 hoc reprobat̄. ex. eo. ecclia vra. Unde Hosti. dicit q̄ hoc nō posset fieri sine auctoritate pape. vnde sm̄ eū ⁊ Goff. in tali casu vel debēt iterū eligere vel per superiorē aliter rectificabit̄. Quid de indicijs ferri cādentis et aque feruentis. et singularis certatōis que dicunt̄ vulgaria nūquid sunt licita. Rn̄. hmōi iudicia ordināntur ad alicuius peccati occulti inquisitōz per aliqd̄ qd̄ ab hoīe fit. ⁊ in hoc cū sortib' cōueniūt. inq̄tū tn̄ expectat̄ aliquis miraculosus effectus a deo. cōez sortiū ratione excedūt. Unde huiusmodi iudiciū reddit̄ illicitū. tū q3 ordiat̄ ad iudicādū occulta que diuino iudicio reseruāntur. tū q3 nō est auctoritate diuina scriptū. ij. q. v. cōsuluisti. et ex. de pur. vul. ca. fi. Quid de his qui inuestigāt perdita p inspectionē astralabij. aut iscriptiōes ⁊ huiusmōi. Rn̄. hoc facere nō licet sm̄ Rod. Goff. ⁊ Hosti. ex. de sortilegi. ex tuarum.

Circa secūdū qd̄ ē de pena sortilegor sciendū q̄ pena eor ē sm̄ leges bonor publicatō ⁊ decapitatio vt pz. C. de male. nullus. ⁊. l. nemo. ⁊. l. culpa. ⁊ ē similis culpa probibita discere ⁊ docere. vt i. l. culpa. Et si quis tali arte mulierē ad luxuriā puocauerit. bestijs sbdit̄. vt dz ibidē. l. multi. Scđm aūt cano. iponit̄ penitentia spūalis. xl. dier. vt ex de sortile. c. j. Et si peccatū sit notorium eucharistia denegat̄. de cōse. dis. ij. p dilectione. Item si sit cleric' ē deponendus ⁊ in monasterio detrudendus. si vo laic' sit excōmunicādus. qd̄ intellige qn̄ renuit agere penitētiā pdictam. etsi criminaliter accuset̄ hoc intellige. xxvj. q. v. nō liceat. ⁊. c. nō oportet. ⁊. c. si qs eps aut presbiter. qn̄ tamē penitentiā cōtemnit agē est ab excōmunicatōe incipiendū vt. xxvj. q. v. si qs cleric'. s3 crescēte cōtumacia augeri deb3 ⁊ pena etiā in laicos. q si sūt sm̄ verberib' castigātur. si liberi sūt inclusiōe digni: districtāq3 sunt in penam redigēdi. vt eadē. q. cōtra ydolorum. Epūs aūt tales turpit̄ dehonestatos de parochia sua debet eijcere. xxvj. q. v. epi. quia dcaluare pōt eos. i. vestes ⁊ capillos añ ⁊ retro pscindere. sicut i quibusdā locis de cōsuetudie obseruat̄. ⁊ de hac decaluatione loquit̄. xxxij. q. j. de benedicto. s3 tales sūt infames. ⁊ non tm̄ ipsi sed etiā qui cōcurrunt ad eos. ij. q. viij. quisquis. hec Hosti. Quid si quis sacrificet deo nūmorū. s. mamone. vt diues fiat vel similia faciat. Quid etiam si quis de sacramentis ecclesie. de eucharistia. s. vel crismate. vel de oleo benedicto. aut aqua benedicta fontium facit sortilegium. vel baptizat imaginem. nunquid ex hoc fiunt irregulares. Respondet Rod. q̄ cum talia videantur esse enormia ꝓpter idolatriam vel enormē suspicionem licet sint occulta: generāt irregularitatem. sm̄ aliquos vo non. Unde in huiusmōi dubio consulēdū est talib' q̄ petant dispēsationē non tamē precise dicendum ē eis q̄ alr̄ nō sit salus illis. ⁊ absolui debent de peccato si peniteat eos. si aūt hmōi peccata sint notoria sm̄ eos egent dispensatione. s3 de hoc plenius dicet̄. j. li. vj. ti. de dispensationibus.

De multiplicibus obseruantijs superstitiosis Titulus. xv.

Ostea considerādū est de superstitione obseruantiarum. Et circa hoc queruntur plura. s. vtrū vti obseruātijs artis notorie sit licitū. Rn̄. q̄ ars notoria est illicita ⁊ inefficax. Illicita quidē est quia vtitur quibusdam ad scientiam acquirendam. que non habent sm̄ se virtutem causandi sciam sicut inspectōe quarundam figurarum ⁊ prolatione quorundam verborum ignotorum ⁊ alijs huiusmodi. Et ideo huiusmodi ars non vtitur his vt causis. sed vt signis. non autem vt signis diuinitus inſtitutis. ſicut ſūt ſacramētalia ſigna. Unde reſtat ꝙ ſūt ſigna vana ⁊ ſuguacia. ⁊ ꝑ ꝯſequēs cōtinētia quedā pacta ſignationū cū demonibꝰ ꝓhibita ⁊ federata. ars ḡ notoria ē xp̄iano penitus repudiāda ⁊ fugienda. ſicut etiā alie artes nugatorie vel notorie ſupſtitionis vt Aug. dicit. ij. de doc. xp̄iana. Eſt etiā huiuſmodi ars inefficax ad ſciam acqrendā. cū ei ꝑ huiuſmōi artē nō intendat aquiſitio ſcietie ſm modū hoī cōnaturalē. ſ. ī adueniēdo vł ī addiſcēdo. ꝯñs eſt ꝙ iſte effectus expectat a deo vel a demonibꝰ. certū eſt aūt aliquos a deo ſapiētiā ⁊ ſcientiā ꝑ īfuſionē habuiſſe. ſicut de ſalomone legit. iij. reg. iij. ⁊. ij. paral. ꝓmo. xp̄us etiā dixit diſcipulis ſuis Luce. xxj Ego dabo vobis os et ſapientiā ⁊ ſciam cui nō po. reſi. ⁊ contradicere omnes aduer. veſtri. ſ3 hoc donū nō dat qbuſcūqꝫ cū certa obſeruatione ſ3 ſm arbitriū ſpiritusſancti. iuxta illud. j. Corin. xij. Alij dat per ſpm̄ ſermo ſapie ⁊c̄. poſtea ſubditur hec aūt oīa opatur vnus atqꝫ idē ſpūs diuidēs ſingulis ꝓut vult. Ad demones aūt nō ꝑtinet illuminare intellectū. acquiſitio aūt ſcie ⁊ ſapie fit ꝑ illuminatōꝫ intellectus. ⁊ iō nullus vnq̄ ſciam ꝑ demones acquiſiuit poſſunt tñ demones hoībꝰ colloquēdo aliquarū ſciarū exprimē documēta. ſ3 hoc nō qrit per artē notoriā. Sed obijcit ꝙ Dan̄. ꝓmo pueris abſtinētibꝰ dedit deus ſciam ī oī libro ⁊ ſapiam. ſ3 obſuātie artis notorie ſūt ſm quedā ieiunia ⁊ qſdā abſtinētias ḡ ⁊c̄. Rn̄. illi nō abſtinebāt ſm vanā obſeruātiā artis notorie. ſ3 ſm auctoritatē legis diuine nolētes cibis gētiliū inquinari. ⁊ iō merito obedientie ſunt a deo ſciam ꝯſecuti. ſm illud ps̄. ſup ſenes intellexi qꝛ mā. tua queſiui. Utrū obſuationes ordinate ad corpoꝝ īmutatōnē vt ad ſanitatē vł ad aliqd huiuſmōi ſint licite Rn̄ ꝙ nō dicit enī Aug. de doc. xp̄iana. ꝙ ad ſuperſtitionē pertinent volumina magicarū artium ⁊ ligature ⁊ remedia que medicoꝝ ꝯdemnat ſcia ſiue in precationibꝰ ſiue in quibuſcūqꝫ notis quas caracteres vocāt. ſiue in quibuſcūqꝫ rebꝰ ſuſpendendis atqꝫ infigendis hec Aug. Nā in his que fiūt ad aliqs effectus corporales inducēdos cōſiderādū eſt vtr naturaliter videāt poſſe tales effectꝰ cauſare. ſic enī ñ erit illicitū. l3 cū cauſas naturales ad inducendū effectus ꝓprios adhibere. Si autē nō videātur naturaliter poſſe tales effectus cāre. ꝯſequēs eſt ꝙ nō adhibeant ad hos effectus cauſando tanq̄ cauſe ſ3 tm̄ vt ſigna. ⁊ ſic ꝑtinent ad pacta ſignationū cū demonibꝰ inita. Unde Aug. xxj. de ciui. dei illiciunt hoīes ꝑ creaturas quas non ipſi ſ3 deus cōdidit delectabilibꝰ pro ſua diuerſitate diuerſi non vt animalia cibis ſ3 vt ſpūs ſignis q̄ cuiuſcūqꝫ delectatōi cōgruūt per varia genera lapidum. herbaꝝ. lignorū. aīaliū. carminū ⁊ rituū. S3 obijcit. quia ſicut corpora naturalia ſubduntur corporibꝰ celeſtibꝰ. ita ⁊ corpora artificialia. vt imagines. ḡ ſicut illa ita ⁊ iſta ſortiūt aliquas virtutes ex impreſſione corpoꝝ celeſtiū ad aliquos effectus cauſandos. Rn̄. ꝙ naturales virtutes corpoꝝ naturaliū ꝯſequunt ſpales formas ipſoꝝ qs ſortiunt ex impreſſione corporū celeſtiū. ⁊ ideo ex eorudē impreſſione ſortiūt qſdam virtutes actiuas. Sed forme corporū artificialiū ꝓcedūt ex cōceptōe artificis. ⁊ iō cū nihil aliud ſint q̄ cōpoſitio ⁊ ordo ⁊ figura vt dr̄. ſcdo phicoꝝ ñ poſſūt naturalē virtutē habē ad agendū. Et inde ē ꝙ ex impreſſione corpoꝝ celeſtiū ſm ꝙ ſūt artificialia nullā ſortiūt virtutē. ſ3 tm̄ ſm materiā naturalem Quid de qbuſdā ſceleratis mulieribꝰ q̄ credūt ſe ⁊ ꝓfitēt cū dyana dea paganorū nocturnis horis. ⁊ cū herodiade. ⁊ innua mltitudine mulieꝝ eqtare ſup quaſdam beſtias. ⁊ multa terrarū ſpacia intempeſte noctis ſilentio ꝑtranſire eiuſqꝫ iuſſionibꝰ obedire velut dn̄e. ⁊ certis noctibꝰ ad eius ſuiciū euocari aſſerūt. etiā ab illis aliqs creaturas poſſe in melius vel in deterius permutari. aut in aliā ſpeciem ⁊ ſimilitudinem trāſformari. Rn̄ ꝙ nō a diuino ſpū ſ3 a maligno talia fantaſmata mētibꝰ fideliū irrogant. dyabolus ei cū aīam alicuiꝰ ꝑ talē credulitatē ſubiugauerit ſibi trāſfigurat ſe in angelū lucis. ⁊ trāſformans ſe in diuerſarū ꝑſonarū ſpecies atqꝫ ſimilitudines mentē quā captiuā tenet multipliciter deludit. Nec debet aliquis vel aliqua in tātā venire ſtulticiā: vt credat hec oīa q̄ in ſomnis ⁊ ſpu tm̄ fiūt etiā ī corpore accidere. cū etiā Paulus non audeat aſſerere ꝙ fuerit raptus ī corpore. quicūqꝫ ḡ talia crediderit. ſ. poſtq̄ ſup talibus audierit veritatē. vł aſſeruerit. ſ. etiā ꝑtinaciter ꝓculdubio infidelis eſt ⁊ pagano deterior. xxvj. q. v. epi. Utrū obſuātie que ordināt ad ꝓcognoſcēdū aliqua fortunia vł infortunia ſint licite. Rn̄. ꝙ nō. dicit ei Aug. ij. de doc. xp̄iana ꝙ ad pacta cū demonibꝰ inita pertinent milia vanaꝝ obſeruatōnū. vt ſi mēbꝛ aliqḋ ſalierit. ſi iūctū ambulātibꝰ amicis. lapis aut canis aut puer medius interuenerit. limen calcare. cū qs ante domū ſuam trāſit. redire ad lectū. ſi quis dū ſe calciat ſternutauerit. redire ad domū ſuā: ſi quis ꝓcedēs offenderit. cū veſtis a muribꝰ roditur plus timere ſupſtitionē mali futuri q̄ damnū dolere. hec Aug. Oēs enī huiuſmodi obſeruationes attendūt hoīes. nō vt quaſdam cauſas ſ3 vt quedam ſigna euentuum futuroꝝ bonorū vł malorū. nō aūt obſuātur ſicut ſigna a deo tradita. cū non ſint introducta auctoritate diuina. ſ3 magis ex vanitate humana: cooperāte demonū malicia. qui nitūtur hoīm aīos huiuſmōi vanitatibꝰ implicare. ⁊ iō manifeſtū eſt huiuſmodi obſuantias oēs eſſe ſuperſtitioſas ⁊ illicitas. ⁊ videt eſſe quedā reliquie ydolatrie. ſm quā obſuant auguria. ⁊ qdam dies fauſti vel infauſti. qḋ quodāmodo ꝑtinet ad diuinationē que fit ꝑ aſtra. ſm que diuerſificātur dies niſi ꝙ huiuſmodi obſuationes ſūt ſine rōe ⁊ arte. Unde ſūt magis vane ⁊ ſupſtitioſe. Sed obijcit quia irrationabile ē negare illud quod qḋ qſi oēs experiūt ꝙ aliqua tpa vel loca vł verba audita. vel occurſus hoīm. ſiue aīaliū. aut diſtorti vel iordinati actus aliqḋ preſagium habent alicuius boni. vł mali futuri. ergo non videt ēē illicitū illa obſeruare. Rn̄. hoc quod a ꝑncipio in iſtis obſuatōibꝰ expti ſunt hoīes aliqd veri a caſu accidit ſ3 poſtea cum homines incipiunt huiuſmodi obſuantijs animū implicare. multa ſm huiuſmōi obſeruationes eueniūt ꝑ decepcōes demonū. vt huiuſmōi obſuationibꝰ implicati: curioſiores fiāt ⁊ ſe magis erroris pernicioſi multiplicibꝰ laqueis ingerāt. vt dicit Aug. ij. de doct. xp̄iana. dicit etiā ꝙ hmōi portēns. occulto dei iudicio ꝑ demonū fallaciam illudit curioſitas humana. dum illud impudenter appetunt ſcire qḋ eis non ꝯuenit inueſtigare. dicit etiā Aug. hoc fieri per miſſiōe diuina. vt illi qui hoc audiūt ⁊ vidēt. ꝓbent in qua fide ſūt apud deū. ⁊ probat hoc auctoritate Deu. xiij. ſi ſurrexerit in medio tui propheta. aut qui ſomniū dicat ſe vidiſſe. ⁊ ꝑdixerit ſignū ⁊ euenerit quod locutus eſt. et dixerit tibi. eamꝰ ⁊ ſequamur deos alienos. nō audies vba eius. quia temptat vos deus veſter vt palam fiat vtrꝫ diligatis eū an non. xxvj. q. v. nec mirū. circa fi. Utrū vtus imaginatiua poſſit facere tranſmutationes aliquas in corpe in quo eſt Rn̄ ꝙ ſic. ⁊ hoc dic accipiendo imaginatiuā non inq̄tū diſtinguitur contra virtutes alias ſenſitiuas interiores. ſed accipiēdo eam pro ipis virtutibus ſenſitiuis interioribꝰ. et hoc declaratur per auctoritates ⁊ experimenta. dicit enī. Auicē. vj. naturalium. li. iiij. c. vlti. ꝙ aliqn̄ homo pōt ambulare ſupra trabē que ē in medio vie. Si vo poſita fuerit ſuper aquā ꝓfundā nō audebit ambulare ſup eam. eo ꝙ imaginabit in eius anima forma cadendi vehementer impreſſa. cui obedit materia eius et virtus membroꝝ eius ⁊ nō obediūt eius cōtrario. ſ. ad dirigendū ⁊ ambulandum. ⁊ plura alia experimēta. de hoc ponit ibidem. Quod aūt dicit ibidem de virtute imaginatiua ꝙ poteſt extranea corpora immutare non eſt tenendum. quia ī hoc nimis virtutem imaginationis extendit. plura etiam dicit Auguſti. xj. de ciuitate dei ad hec pertinentia. ⁊ intēr alia dicit ſe audiſſe a quodam ꝙ tam expreſſam ⁊ quaſi ſolidam ſpeciem feminei corporis cernere ſoleret. vt ei ſe quaſi miſcere ſentiens etiam in genitalibꝰ flueret: tantam vim habet anima ī corpus ſuum. In eodem etiam libro Auguſti. ad memoriā reducit illud quod habetur Geneſ. xxx. de ouibꝰ iacob ad probandum virtutem imaginationis dicens ſic. ſunt exempla que copioſe numerari poſſunt. ſed vnum ſufficit de fideliſſimis libris quod fecit iacob vt oues et capre varijs coloribꝰ pererēt ſupponendo eis varia vgulta in cannalibꝰ aquarum que potantes intuerentur eo tēpore quo conceperāt. Sed obijciatur qa ſi ita eēt vr̄ ꝙ qn̄ hō vellet gnāre maſculū poſſꝫ. ⁊ ſiłr qn̄ vellꝫ feiaꝫ. Rn̄ ñ ſeqt. qꝛ ⁊ ſi volūtas aliqn̄ poſſet iprimere in imaginationē ñ tñ ſicut vellet ⁊ qn̄ vellet imaginatio etiā ⁊ ſi poſſet corpus tranſmutare in quo eſt. non tamen in tranſmutatione qualicunqꝫ. Poteſt etiam imaginatio eſſe ita debilis ⁊ corpus ita firmum in diſpoſitionibꝰ ſuis ꝙ illa imaginatō parum poſſet corpus tranſmutare. et ſi poneremus etiam ꝙ imaginatio esset fortis nō ꝓpter hoc imprimere posset ita fortit in vim formatiuā ꝙ vis formatiua semꝑ posset ad talem imaginationē masculū formare. quia aliq̄ alie cāe possent obsistere puta si virtus in semie pr̄is esset debilis. et forte aliqua cā actiua que haberet vim formatiuā debilitare. et semen inceptuꝫ ad masculi formationē reddē. posset tn̄ imaginatō esse ita fortis ꝙ multū iuuaret ad formationē masculi nisi essent impedimēta multū fortia ad cōtrariū. hec Richar. quodlibꝫ. iij. q. x. o. Utrū fascinatio sit possibilis? Rn̄. fascinatio ẜm ꝙ pōt dici ex glo. super illud Gal. iij. O insensati galathe quis vos fascinauit ⁊c. dr̄ tripliciter. Uno modo dr̄ ludificatō sensuū que fit per artē magicā ⁊ sic pōt fieri ꝑ ministeriū demonū nisi ꝓhibeatur a deo imediate vl' mediāte ministerio sanctoꝝ angelorum. Scd̄o mō inuidia. ⁊ sic est etiā possibilis. sicut multiplex experientia docꝫ. Tercō dr̄ imutatio ad malū facta in corpore alicuius per ocul⁹ alterius aspiciētis eum ⁊ de fascinatōe hoc modo dicta. dicit Auicē. vj. naturaliū li. iiij. c. vlti. sic. mltotiēs aūt aīa operat̄ in corpe alieno sicut i pprio quēadmodū est op⁹ oculi fascinantis et estimatōis operātis. Et eandē sentētiam ponit Algazel li. suo phyoꝝ. v. c. ix. Unde videntur fuisse ambo opinati hominēꝫ aliquando per naturalem ṽtutē aīe sue posse aliena corpora pro sua voluntate transmutare. Sꝫ hoc ē multū ꝯ rōēꝫ. quia angeli q̄ sunt naturaliter potētiores q̄ anima. et si possunt trāsmutare corpora ẜm locū. non tn̄ possunt transmutare ea ad aliquā nālē formā nisi mediāte opere alterius nature a natura āgelica. sic expresse dicit aug. iij. ꝯ trini. Cōtra etiā opinionē ꝓdictā vidr̄ facere excōmunicatō cuiusdā articuli q̄ talis est. s. ꝙ intelligentie superiores imprimūt i inferiores. sicut vna aīa intellectiua imprimit i aliā vt in animaꝫ sensitiuā. ⁊ per talē impressionē icātator aliquis proijcit camelū in foueā solo visu. hic articulus est excōicat⁹. Ad hoc etiā facit excōicatō alteri⁹ articuli qui talis est. s. ꝙ mā exterior obedit sb̄stantie spūali. ⁊ dicit̄ ibi ꝙ est error si intelligat̄ simpliciter ⁊ ẜm omnē modū transmutatōis. His visis declarādū ē ꝙ fascinatio tercio mō dicta q̄ de ea ꝓncipalit̄ querit̄ ẜm aliquem modum non est possibilis. et ẜm aliquem modum est possibilis. Non enim est possibile hominī ꝙ per naturalem virtutem anime sue per oculos talem ṽtutē emittat que non mediante transmutatōe proprij corporis neqꝫ medij nocumētū inferre possit corpori hominis quē aspicit. maxie cum ẜm opi. cōmuniorē videam⁹ intra suscipientes nihil ex̄ mittentes. Non ē etiā possibile hoī ꝙ per virtutē naturalē aīe sue pro volūtate sua transmutationē imaginando faciat in oculis suis que mediante trāsmutatōe medij scilicet aeris possit corpus hominis quem aspicit i aliquam transmutare qualitatem ẜm ꝙ sibi placuerit. ẜm hos duos modos predictos non posset vnus homo aliuꝫ fascinare. quia nulli hominū per naturalem virtutē anime sue posset talis virtus inesse. Unde ẜm illos duos modos debet intelligi excōmunicatō articuli de fascinatione. Scd̄m tamen aliquem modum fascinatio est possibilis. potest enī aliquando contingere ꝙ homo vel mulier aspiciens corpus alicuius pueri moueat ipsū mediante visu et imaginatione vel aliqua passione sensibili. et quia passio sensibilis est cum quadaꝫ immutatōe corporali. ⁊ oculi sunt tenerrimi propter qḋ sūt impressionis multū receptiui. ideo quandoqꝫ cōtingit ꝙ per aliquam passionem interiorem transmutantur oculi in aliquaꝫ malam qualitatem: maxime cooperante ad hoc aliqua imaginatione cuius impressio cito redundat in oculos et propter eorum teneritudinem ⁊ propter vicinitatem radicis sensuum ꝑticularium ad imaginationis organum. Cum auteꝫ oculi sūt transmutati i aliquā qualitatem nociuam. cōtingere potest ꝙ transmutent aerē sibi contiguum in aliam qualitatem malaꝫ et illa pars aliam. et sic vsqꝫ ad aerem contiguū oculis pueri qui aspicitur. et ille aer contiguus poterit q̄nqꝫ transmutare oculos ipsius pueri in aliam qualitatē malam. ⁊ mediantibꝫ oculis ipsius pueri: aliquas partes interiores. Experimentū huius rei manuductiuum est quia videmus hominē patientem in oculis. q̄nqꝫ ex aspectu suo ledere oculos eum aspiciētis. qḋ contingit ex hoc ꝙ oculi mala qualitate infecti inficiūt aerem mediū. ⁊ aer īfectus īficit oculos directos ad oculos infirmos eo ꝙ ẜm rectam lineam infectio illa terminat̄ in directū ad oculos inspicientium: cooꝑante ad hec multū imaginatōe eius qui aspiciendo oculos infirmos imaginat̄ se ledi. plura etiam alia experimenta ad hec manuductiua possent adduci. que obmitto causa breuitatis. predictis aūt cōcordat quedam glo. super illud ps. Qui ti. te. vi. me. ⁊ le. dicens. magna virtus in oculis est. quod in naturalibꝫ apparet. animal enim visum prodest ictericis. prior videns lupus vocem aufert basiliscus si prior videt occidit. si prior videtur occiditur. Et hui⁹ scilicet quare basiliscus videndo occidit hominem ratio reddi potest. quia ex aspectu ⁊ imaginatione excitatur in eo passio mala que habet excitare in eius corpore materiam venenosaꝫ per quam eius oculi venenosa qualitate inficiuntur qua aer oculis eius contiguus īficitur. ⁊ ab illa parte aeris pars alia et sic inde vsqꝫ ad aerem contiguum homini. quem aerem cū homo per īspirationem attraxerit: intoxicatur ⁊ moritur. hec de predicta questione sine preiudicio et temeraria assertione dicta sunt. hec Richar. quodlibꝫ. iij. q. xij. o. Utrū infortunium accidens alicui possit ingerere dolorem eius amico nihil de hoc scienti. Rn̄. aliquem hominem tristari ⁊ angustiari eius amico remoto infortunium aliquod patiente quandoqꝫ contingit a casu. scilicet quia i illa hora qua suus amicus infortunium patitur melācolia in eo mouetur. per cuius motuꝫ cadit in tristiciam ⁊ timorem propter multas cogitationes et suspirationes nociuas. que per motum melancolicū excitantur. et ex consequenti mēte aggrauat̄ et ponderosus redditur licet infortunium amici nihil ad hoc penitus operetur. quandoqꝫ vero hoc contingit ex aliqua causa voluntaria determinata. dyabolus enim: quia conatur homines inducere ad opiniones suspitiosas. quandoqꝫ cum permittitur affligit hominē ponderositate ⁊ tristicia illa hora qua amicus eius remot⁹ infortuniū patit̄ vt existimet hoc ꝑ amici īfortuniū sibi naturaliter euenisse. Q̄nqꝫ etiā hoc contingit ex aliqua probabili suspitione. vt cū quis scit amicū esse i taberna cū inimicis suis ꝓbabiliter cōicit eū inuadi ab inimicis. ⁊ ex hoc q̄nqꝫ i illa hora q̄ amicus eius ab inimicis opprimitur i eo timor ⁊ angustia generat̄. ꝫ ille dolor ē post aliquā cognitōnē. hec Richar. qdlibet. iij. q. xiij. Utrū herbe vl' armonie possint īpedire demones a vexatione hominū. Rn̄. ꝙ herbe vel armonie nō possūt sua nāli ṽtute totaliter excludere vexatōꝫ qua dyabol⁹ possit hominēꝫ vexare si sibi permitteret̄ a deo vl' angelis bonis possunt tn̄ illā vexationē mitigare. et ita parua posset esse vexatio illa ꝙ possent eā penitus excludere. ⁊ hoc quidē facerēt nō agendo i ipsū demonē cū sit spiritus separat⁹ in quē nō potest naturaliter agere corpus. ꝫ agendo in ipsum vexatum a demone: oīs. n. cā limitate virtutis ꝓducē potest effectum intensiorē in materiā dispositam q̄ in nō dispositam. cui consonat illud phi. ij. de aīa. Actus actiuorū sūt i patiente et disposito. demon aūt ē agēs limitate virtutis. ergo vexationē intēsiorem facere pōt dyabolus i hoīe disposito ad illā vexationeꝫ siue ad illud ad quod dyabolus intēdit adducē. q̄ in homine dispositionis contrarie. puta dyabol⁹ potest vexare intensius passione melancolica hominem dispositum ad illam quā hominem contrarie dispositionis. certum autem est ꝙ herbe et armonie multum possunt immutare dispositōꝫ corporis ⁊ ex cōsequenti motus sensualitatis. hoc patet de herbis cum quedam inducunt ad leticiam quedam ad tristiciam. et sic de alijs. Hoc etiam patet de armonijs per philosophum octauo politicorū: vbi vult ꝙ diuerse armonie habent prouocare diuersas passiones in homine. hec etiam refert Boecius in musica sua. ⁊ auctor de ortu scientiarum vbi loquens de vtilitate musice. dicit ꝙ valet ad curandum vel alleuiandum diuersas infirmitates. Et ita patet ꝙ herbe ⁊ armonie quandoqꝫ causare possunt in homine dispositionem contrariam illi vexationi qua dyabolus hominem vexare conatur. Ex quo sequitur ꝙ ceteris paribus sit vexatio debilior. Non video tamen quomodo herbe vel armonie possint in homine dispositionem aliquam causare. propter quam homo nullo modo vexari posset a demone si permitteretur. quia dyabol⁹ mouēdo solū motu locali vapores ⁊ ipsos spiritus iordinato motu possꝫ hoīeꝫ multū vexare. herbe aūt vl' armonie nullam diſpoſitionem cauſare poſſent in homine ſua naturali virtute per quā ꝓhibetur demon predictā cōmotionem facere. cōtingit tñ q̄n̄qꝫ ꝙ dyabolus non permittitur hominem vexare niſi vexatione ita parua ꝙ per aliquā fortem diſpoſitionem ad contrarium totaliter tolleretur ⁊ tunc alique herbe vel armonie poſſent corpus hominis ita ad cōtrarium diſponere ꝙ illa vexatio totaliter amoueretur. verbi gratia. dyabolus q̄n̄qꝫ poſſet hominem vexare vexatione triſticie ita debiliter ꝙ per aliquas herbas vel armonias que haberent cauſare dilatationem ⁊ diffuſionem ſpirituū qui ſunt motus contrarij triſticie totaliter amoueretur illa triſticia. Qꝫ aūt Auguſ. li. ij. de doctrina xp̄iana cōdemnat ligaturas ⁊ quedā alia de quibꝫ ibi diffuſius ſcribit. hoc attribuens arti magice hoc ē q̄tum ad illud in quod non pñt ex ſua naturali virtute. quod patet per hoc ꝙ dicit ſic. ad hoc genus pertinent omnes ligature ⁊ remedia que medicorū condēnat diſciplina. In quo ſatis patet ꝙ illa cōdemnat q̄tū ad vſū reſpectu cuius non habent aliquā efficatiā ex ſua naturali virtute. Q̄tū aūt ad illud qḋ p̄mo Regū. c. xvj. habetur ꝙ Saul qui vexabatur a demone alleuiabatur q̄n̄ dauid citharam ꝑcutiebat coram eo. ⁊ ꝙ recedebat ſpūs malus. Sciendū ꝙ bene verum eſt ꝙ per tactum cithare virtute naturali illius armonie alleuiabatur aliquantulum afflictio. Saul inq̄tum illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitū eius per auditum. per quam dulcorationem reddebatur minus aptus ad illā vexationem. Sed ꝙ ſpiritꝰ malus recederet a Saul q̄n̄ dauid citharizabat coram eo. hoc erat ꝓpter vim crucis. quod ſatis expreſſe dicitur in glo. vbi dicitur ſic. Erat dauid in canticis muſice eruditus. diuerſorū ſonoꝝ rationabilis moderatusqꝫ cōcentus vnitatē eſſentie ſignificat. q̄ varijs modis quotidie reſonat Dauid malignum ſpiritū in cithara ſua cōpeſcuit. non quia tanta eſſet vis in cithara: ſꝫ in ſigno crucis que in ligno ⁊ cordarū extenſione gerebatur. que iam tunc demones effugabat. ⁊ hec ſūt dicta ſine preiudicio. Hec rich. qōlibet. iij. q. viij. Vtrū liceat ad collum diuina vba ſuſpendere. Rñ. in oībꝫ icātationibꝫ vel ſcripturis ſuſpenſis duo cauenda videnť. p̄mo quid profeꝛť vel ſcribitur. qꝛ ſi eſt aliquid ad inuocatiōꝫ demonū ꝑtinēs: manifeſte eſt ſuperſtitioſū ⁊ illicitū. Similiter cauendū eſt ſi cōtingat ignota noīa ibi poni. ne ſꝫ illis lateat aliqḋ illicitū. Unde Criſo. dicit ſuꝑ matheum. ꝙ ph̄eoꝝ magnificantiū fimbrias exemplo. nūc multi aliqua noīa hebraica angelorū cōfingunt ⁊ ſcribunt. et alligant que nō intelligentibꝫ metuēda videnť. Cauendū eſt etiā ne aliquod falſū cōtineat. quia ſic eius effectus expectari nō poſſet a deo q̄ nō ē teſtis falſitatis. Scḋo cauēdū ē ne cū vbis ſacris ibi contineať aliqua vana vt aliqui caracteres inſcripti preter ſignū crucis. aut ne ſpes habeať in modo ſcribēdi. vel ligandi. vel in quacūqꝫ alia huiuſmōi vanitate q̄ ad diuinā reuerētiā nō ꝑtineat. qꝛ hoc iudicareť ſuperſtitioſū alꝰ aūt ē licitū. vñ. xxvj. q. v. nō liceat xp̄ianis. dr ꝙ non liceat in collectionibꝫ herbarū medicinaliū aliq̄s obſeruationes vel icantatōes attendere. niſi tñ cū ſimbolo diuino. aut oratōe dñica. vt tñ creator omniū deus honoreť. Nec his obſtat Criſo. dicens ſuꝑ matheū ꝙ vtus euāgelij non eſt in litteris ſiue figuris ad collum ſuſpenſis. ſꝫ in intellectu quia Criſo. loquiť q̄n̄ reſpectus magis ad figuras ſcriptas q̄ ad intellectū verborū habeť. Sed contra p̄dicta oſtenditur ꝙ liceat diuina vba ad collum ſuſpendere. quia non minus operāť vba ſacra in corporibꝫ hominum q̄ in corporibꝫ ſerpentū ⁊ aliorū animalium. ſed incantationes quandam efficatiam habēt ad reprimēdum ſerpentes. vel ad ſanandum quedam alia aīalia Unde p̄s. Sicut aſpidis ſurde ⁊ obtu. au. ſ. que ex no. incan. ⁊ ve. incan. ſa. Rñ. ꝙ etiā in incantationibꝫ ſerpentū vel quorūcūqꝫ animaliū ſi reſpectus habeatur tñ ad verba ſacra ⁊ ad virtutem diuinā non eſt illicitū. ſed pleruqꝫ tales incātationes habent illicitas obſeruantias ⁊ per demones ſortiuntur effectum et precipue in ſerpentibꝫ. quia ſerpens fuit primum demonis inſtrumētū ad hominem decipiendū. vnde gloſa dicit ibidem. ꝙ nō laudať i ſcriptura vndecūqꝫ ſimilitudo datur in ſcriptura. vt patet de iniquo iudice q̄ rogantē viduā vix audiuit. hec Tho. ſcḋa ſcḋe. q. xcix. ar. iiij. o. Quid de breuiculis que fiunt in aſcenſione. Rñ. non ſunt reprobanda cū nō contineant niſi verba euangelica. ſed ſuperſticioſum eſt ſi credanť eſſe minus efficatia ſi ſcribantur poſt lectū euāgelium. vel poſt miſſam. aut alia die q̄ ſi ſcribanť cū legunť ſiue cantanť in eccleſia ſiue miſſa. hec Ro. Sed quid de carminatricibꝫ ⁊ carminatoribꝫ qui carminant īfirmos vel pueros vl' alia. nūquid peccāt mortaliter. Rñdeo ſi nihil ſuꝑſtitioſū dicunt aut docēt aut faciunt ſꝫ tñ vtunť licitis precibꝫ ⁊ adiurationibꝫ. ſicut per paſſionē et crucem ⁊ ſimilia. non credo ꝙ peccent mortaliter. niſi talia fecerint poſt prohibitionem ab eccleſia ſibi factam. ſꝫ credo ꝙ prohibendi ſunt viri ⁊ mulieres a talibꝫ quia multa inutilia ⁊ ſuperſticioſa ſolent admiſcere. niſi forte ſit ſacerdos religioſus et diſcretus. aut etiā laicus ſiue vir ſiue mulier excellentis vite et probate diſcretionis. qui fuſa oratione licita ſuper infirmum: non ſuper pomum vel pirum. aut cingulum. et ſimilia. ſed ſuper infirmantes manꝰ imponat: iuxta illud Mar. vlt. Super egros manus imponēt ⁊ bene habebūt. nec ſunt he perſone ꝓhibende a talibꝫ niſi forte timeať ꝙ ad exemplū illorum indiſcreti et ſuperſtitioſi carminatores ſibi vſurpent abuſum. nitentes ſe exemplo illorum. hec Roḋ. Quid de portatiōe reliquiarū. Rñ. ſi portentur ad fiduciā dei et ſanctorū nō erit illicitū. ſi aūt circa hoc attendatur aliquid aliud vanum. puta ꝙ vas ſit triāgulare. vel aliquid aliud huiuſmodi quod non ꝑtineat ad reuerentiā dei et ſanctorū: ſuperſtitioſum erit ⁊ illicitum. hec Tho. vbi. ſ. .c. iij. Quid erit de ſacerdotibꝫ qui cauſa doloris permoti aut altare veſtibꝫ ſacris exuunt. aut qualibet veſte lugubri operiūt. aut cōſueta luminaria ſubtrahunt. aut altare vel crucifixū ſpinis circundāt. Quid etiā de illis qui ꝓ viuis ſcienter cantant miſſam defunctorū. vel ſub nomine illoꝝ quos odiunt: feretrū cum exequijs mortuorum in medio eccleſie ponunt. vel alia ſimilia faciunt vt illi citius moriantꝰ. Rñ. ad hoc dico ꝙ ſi aliqḋ predictoꝝ fiat propter odium priuatū grauiſſime peccat qui facit. ⁊ niſi per legitimā pñiaꝫ ſe purgauerit debet deponi. ſi aūt ꝓpter cām cōem puta qꝛ metuit cōtaminationem ſacrorum ordinū. vel ſubmerſionem fidei. vel hoſtilitatem ſuffert. vel obſidionem vel diuinorū iudiciorū ſentētiam metuit. ⁊ ideo tale quid fecit non dicit peccare. quia in tali facto plus humilitas q̄ deus placatur q̄ interni liuoris doloſitas declaratur. hec etiam conſuetudo eccleſie tenet. vñ ſolet cantare. Deus venerūt gentes ⁊c. ⁊ in ſignū triſticie die veneris ſancta altaria ſpoliare. hec tñ diſtinctio fallit in illis qui ſcienter pro viuis celebrant officium defunctoꝝ. Nam tales ſi fuerint detecti indiſtincte debent deponi. ⁊ ad agendū pñiam taꝫ ipſe ſacerdos q̄ qui eum ad hoc incitauit: debent exilij perpetui ergaſtulo ſiue monaſterio relegari. hoc totum habes exp̄ſſe. xxvj. q. v. quicūqꝫ. hec Ray. Fallit etiam diſtinctio in illis qui altare vel crucifixum ſpinis circundant qꝛ omis talis abuſus indiſtincte penitus reprobať ⁊ diſtrictꝰ ꝓhibeť. ⁊ ē grauiter puniēdus. vt. li. vj. de offi. ordi. ſi canonici.

De temptatione qua deus temptatur. Titulus. xvj.

